

ALB.
DVRERI
DE
SYMMETR.
CORP.
HVM.
PARISIIS
MDLVII







A4, a-l6, m4, n-v6, x4

Wants the leaf of diagram n1

Milton

1/4/87

ALBERTI DVRERI CLARISSIMI PICTORIS ET

Geometræ de Symmetria partium humanorum corporum Libri quatuor, è Germanica lingua, in Latinam versi.



PARISIIS,
In officina Caroli Perier, in vico Bellouaco, sub Bellerophonte.
1557.

AEQVIS ET STVDIOSIS BONARVM ARTIVM LECTORIBVS.

SI quid de pictura hoc loco dicendum duxissem, non tam laudibus illam quàm deploratione fueram celebraturus. Cui enim vestrum ignota esse possunt laudatissimæ artis encomia? Me verò & florentis amissionẽ, & repullulantis neglectionem, quis daturus vitio sit ac non arbitraturus potius debuisse dolore & lacrimis prosequi? Sed mihi cõsilium non fuit de arte nunc quidem verba facere, de artifice authore huius libri, déque opera nostra, necessitate quadam non nihil disputaturo. Ac illũ quidem confido virtute meritísque innotuisse, nõ suæ modo patriæ, sed exteris etiam nationibus. Satísque intelligo non expectare laudes ipsius nostra præconia, præsertim cùm eximia opera sempiterna gloria auctum ornatúmque relinquant: conueniens tamen iudicauimus, cum quòd illius inuenta ederemus, tum quòd occasio data esset mandandi literis præclari viri nobísque amicissimi vitam ac mores, pertexere quæ partim sermonibus aliorum, partim præsentes de ipso cognouissemus, habitura prædicationem aliquam dexteritatis & ingenij singularis & artificis & hominis, atque etiam allatura voluptatis nonnihil legentibus. Albertum nostrum è Pannonia oriundum accepimus: sed cuius maiores in Germaniam commigrarint. De origine igitur & natalibus illius copiosæ orationi locus non erit: qui & si fuere honesti, ab eo tamen maiorem splendorem accepisse cõstat quàm tribuisse. Dederat huic natura corpus compositione & statura cõspicuum, aptúmque animo specioso quem contineret, vt iustitiæ suæ quam solet extollere Hippocrates, & iam in hoc non oblita fuerit, quæ vt ridiculæ animato simiæ ridiculum quoque corpus texuit, ita præclaris mentibus conuenientia corpora circumdare cõsueuit. Erat caput argutum, oculi micantes, nasus honestus, & quem Græci τετράγωνον vocant: proceriusculum collum, pectus amplum, castigatus vẽter, femora neruosa, crura stabilia: sed digitis nihil dixisses vidisse elegantius. Sermonis autem tanta suauitas atque is lepor, vt nihil esset audientibus magis contrarium quàm finis. Literarum quidem studia nõ attigerat, sed quæ illis tamen traduntur, maximè naturalium & mathematicarum rerum scientiæ, fere didicerat. Aequè is præcipua vt intelligebat, & re explicare nouerat, ita & oratione sciebat declarare. Testantur hoc scripta eius Geometrica, in quibus quid de illa sciẽtia possit requiri, quatenus quidem tractandam sibi iudicauit, nõ video. Ferebatur autem magno quodam ardore animi ad omnem honestatem morum & vitæ complectẽdam, quam ita præstitit vt vir optimus merito haberetur. Non tamen erat aut tristi seueritate aut grauitate odiosa, quinetiam quicquid ad suauitatẽ hilaritatémque facere putatur, neq; ab honesto nec recto alienum, & ipse per ætatem non neglexerat, & probabat etiam senex, cuiusmodi sunt Gymnastices & Musicæ reliquiæ. Sed præ cæteris eum ad picturam natura finxerat: quare & illius studiũ totis viribus complexus, & vbique gentium laudatorum pictorum opera, & rationum illorum cognoscendi, & imitandi quæ probasset, cura tenebatur. Inter quæ & maximè regũ ac principum, ipsiúsque adeo Maximiliani & huius nepotis Caroli A V G G. & benignitatem expertus & fauorem consecutus est, affectus ab illis non aspernando salario. Sed vbi iam habuit illius manus, vt ita loquar maturitatem, tum maximè de operibus intelligeres ingenium sublime & virtutis amans: talia enim omnia faciebat grãdia & laudabilis argumenti. Extant encomia Maximiliani, extant & historiæ astronomicæ opera in mortalia de quibus quæ memoraui æstimare licebit, vt alia non dicam, quorũ est nullum quod non vel ex veteribus aliquis, vel nostra ætate quacunque in gente pictor suum dici optaturus videatur. Est autem nulla profecto certior neque verior naturæ vniuscuiusque indicatio quàm quæ ab operibus fit, quæ quisque pro artificio suo effecit. Quorum duo genera, quo reliquis longius præstant & quasi ex ipsius naturæ officina prodeunt, hoc in eo quod diximus magis possunt polléntq;. Ea sunt quæ μιμητικά & ποιητικά vocãtur, id est repræsentate rerum similitudines vel oratione vel manu: quorum illa propriè poëtica nominantur, hæc nescio an generalem appellationem habeant, sed quadrifariam fere intelliguntur, statuarum picturæ, scalpturæ, & plastices. Nunc verò de pictura loquamur, vt propositum fert, quæque ipsa inter quatuor illa laudatissima est, & ab aliquo Græcorum Poëtice vocalis nuncupata. Tales igitur esse pictores prorsus, quales ipsorum opera sint, verè

arbitrabimur,non ſecus ac poëtas. Polygnotũ pinxiſſe ampliora omnia, Pauſona minora, tradunt. Quis non ex hoc intelligit & illum fuiſſe ingenio altiore, & hũc humiliore? Martialis negat ſe Maronẽ quidem,ſed Marſum tamen futurũ,ſi Mœcenatẽ ſortitus ſit,de quo ipſe viderit: nã illud nemo ſperauerit, qui modo eius legerit verſus egregios in eo genere in quo epigrãmata inſunt,ſed quibus non ſolũ infirmę ad maiora vires,verùm aliena ab illis quoque omnia prodũtur, plæráque etiã fœda & deformia.Quapropter nõ poſſum ſine riſu recordari Catullianæ ſententiæ huius,caſtũ eſſe decere pium poëtã ipſum, verſiculos nihil neceſſe eſſe. Et quod ille alter probare voluit mores diſtare à carmine ſuo. Sed poëtas nũc dimittamus. Quot autẽ fuere, ac potius quis non fuit pictorũ inquàm omniũ qui non declararet operibus naturã ſuam?Non iam veterũ mentionem faciam,noſtrorũ temporum exemplis cõtentus. Cui autem obſcurum eſt,nõ paucos laudẽ & admirationẽ vulgi quæſiuiſſe obſcœnitate pingendi,dũ quæ nõ niſi occultè fieri honeſtè nequeat,imo quæ ne occultè quidẽ facta nefario ſcelere & probro vacent tabulis expreſſa publicarũt? hos ne pudicos quiſquam credet,quorũ mens & dextra talia fuerit molita? Vidimus etiã multorũ minutulas & bene ſane coloratas picturas, quibus quidẽ nõ nihil ingenij & gnauitatis declararetur magiſtri,ſed ars requireretur.Hoc igitur loco optimo iure admirabimur Albertum ſanctimoniæ & pudoris diligẽtiſsimum cuſtodẽ, & grãditate picturarũ proferentẽ ſe cõſcium nimirum ſibi viriũ ſuarum: ſic tamẽ vt ex minoribus quoq; operibus ipſius ſperni nihil debeat?in quibus nullã lineam inuenias ductã temerè aut peruerſè,nullũ ſuperuacuũ punctum. Quid ego de manus conſtantia & certitudine loquar? Iurates regula normáue aut circino perſcripta,quæ nullo adiumento vel penicillo vel ſæpe calamo aut pẽna deducebat,ingenti cum admiratione ſpectãtium.Qnid memorem qua dextræ cum animi conceptibus congruentia,ſœpe in chartas ſtatim calamo aut penna figuras quarumcunque rerum coniecerit, ſiue vt ipſi loquũtur,collocarit? In quo hoc profectò legẽtibus incredibile futurum proſpicio, diſtãtiſsimas nõ ſolùm argumenti ſed & corporũ partes inſtituiſſe nõnunquam quæ cõiunctæ ita inter ſe cõuenirent,vt aptius fieri nihil potuiſſet.Nimirum ita mens artificis ſingularis inſtructa omni cognitione & intelligentia veritatis conſenſúſque inter ſe partiũ, ipſa moderabatur ac regebat manum,iubebátque ſibi abſque vllis adminiculis fidere. Similis erat promptitudo peniculũ tenentis, quo minutiſsima quæq; in linteo tabelláue perſcribebat, nulla deſignatione præmiſſa,ſic vt non culpari modò poſſet nihil, ſed laudẽ etiam omnia ſummã inuenirent. Maximè admirabile fuit hoc laudatiſsimis pictoribus quibus in illa re verſatis plurimum,difficultas nõ eſſet ignota.Hoc loco non poſſum ſilentio præterire quod inter hunc & Ioannem Bellinũ accidit. Erat is Venetię,inque Italia tota huius artis fama excellens,quò cum Albertus veniſſet,faciléque cum illo ſe cõiunxiſſet,atque,vti fit,mutuæ operum iam oſtentationes exiſterent, admirante Alberto candide,& magni faciente Bellini omnia,Bellinus & ipſe ingenue cum alia, tum pilorum ſubtilitatem præcipue in Alberti operibus cõprobauit forte accidit, vt de arte inter ſe colloquerentur,quibus ſermonibus finitis,facies ne,inquit Bellinus,Alberte benigne, & gratificabere in re non magna amico?Senties inquit Albertus, ſi quidẽ quod pręſtare valeam à me petieris. Tũ Bellinus,Cupio à te ferre,inquit,dono vnum è penicillis tuis quibus capillamẽta deducere ſoles.Ibi Albertus nihil moratus, cũ plurimos ſimiles aliorum & qualibus Bellinus quoque vteretur,protuliſſet, eligere iuſsit qui maxime placerẽt,niſi auferre mallet vniuerſos.Sed Bellinus falli ſe ratus Nõ enim hos,inquit,aiebam,ſed quibus crines & pilos vnico ductu compluſculos exprimere conſueuiſti, quos ſparſulos & latiuſculo diſcrimine eſſe oportet: aliter enim in maxima ſæpe lõgitudine tãta æquabilitas flexuum & diſtantiæ ſeruari nequeat.Non alijs,inquit Albertus,quem his vtor,quod vt tibi probẽ licet cõtemplere.Et arrepto vno ex propoſitis penicillo,lõgiſsimos & flexulos crines quales mulierũ maxime ſunt,conſtãtiſsimo ordine & ratione,inſpectante & ſtupente Bellino produxit:qui poſtea multis confeſſus fuit,nullius mortalium ſermonem,eius rei quã oculis vidiſſet, fidem ſibi facere potuiſſe. Tribuit hoc idem illi ingenuitate ſpectabili Andreas Montegna,qui Mantue floruit reuocando ad ſeueritatem quandam & legẽ picturam, quã quidem primus laudem meruit, dum diſiectas & fractas ſtatuas eruit & in exemplum artis proponit.Cuius quidem ſunt omnia dura & rigida, ſcilicet manu nõ aſſuefacta ſequi animi intelligentiam & promptitudinem.Sed illis nihil putatur in arte melius neque perfectiùs.Is ergo cum Mantuæ decumberet & Albertum in Italia eſſe audiuiſſet,curauit ſceleriter ad ſe accerſi,Inſtructurus facilitatem eius & certitudinem manus rerum cognitione & arte. Non enim raro in ſermonibus familiaribus queſtus fuerat, quòd vel ſibi non

contigiſſet illa, aut Alberto ſcientia ſua. Nihil moratus Albertus, poſt habitis rebus omnibus, vbi nuntiũ accepit, ſtatim itineri ſe accinxit: ſed prius deceſſerat Andreas quàm Mantuam potuiſſet peruenire, neque quicquã dicere ſolebat in vita ſibi triſtius accidiſſe. Quãuis enim Albertus ſummus eſſet, tamen aliquid animo ſuo magno & excelſo ſuprà concupiſcebat ſemper. Nos viri barbatã imaginem, ita vt diximus, in linteo ſtatim ipſo penicillo nullis antè diſpoſitis, vt aſſolet, delineationibus ab eo expreſſã quaſi attoniti ſpectauimus. Pili ſunt barbæ fermé cubitales, ita exquiſitè & ſolerter ducti, ita vbique diſcrimine & modo ſimili, vt quo quis melius artem intelligeret, hoc magis cũ admiraretur, tũ incredibile duceret in illis effingendis nulla alia ope manum adiutã fuiſſe. Cæterum nulla ſpurcities, nullum dedecus in ipſius operibus extat, refugiẽtibus ſcilicet talia omnia caſtiſsimi animi cogitationibus. O dignũ tali ſucceſſu artificem. Iam expreſsiones viuẽtium vultuum, quæ contrafacta nunc vocãt, quàm ſimiles conficiebat, quàm infallibiles, quàm veras? Quæ omnia eo conſequebatur, quòd ad artem & rationem vſum reuocarat, ignotã hactenus & inauditam pictoribus noſtratibus ſaltem. Quis enim illorũ fuit, qui operis ſui, quo maximã quoque famam adeptus eſſet, rationem explicare poſſet, vt magis ſciẽtia quàm caſu laudẽ inueniſſe crederetur? Sed Alberto parata, certa ínque promptu erant omnia, quòd picturã in viam præceptionũ induxerat & reuocarat ad rationẽ doctrinæ, ſine qua, vt Cicero ſcripſit, etiam ſi quid bene fit adiuuãte natura, tamen id quia fortuitò fit, ſemper paratum eſſe non poteſt. Hæc ſibi ipſi primùm elaborauit, mox, vt erat liberaliſsimus & candidiſsimus explicare inſcriptis libris Clariſsimo ac doctiſsimo viro Vuilibaldo Pircamero aggreſſus eſt, cui & elegantiſsima epiſtola illos dicauit, quam nos Latinè reddere intemerata illius natiua quaſi facie, cũ ſupra vires noſtras eſſe ſentiremus, intactã reliquimus. Sed priuſquã abſoluere omnia & correcta edere, vt cupierat, poſſet, morte eſt ereptus, placida illa quidẽ & optabili, ſed profectò, noſtro quidẽ iudicio, præmatura. Erat autem, ſi quid omnium in illo viro quod vitij ſimile videretur, vnica infinita diligẽtia, & in ſe quoq; inquiſitrix ſæpe parum æqua. Hunc igitur mors ab incœpta editione operis ſuſtulit, quã tamen conſummarunt amici ex illius perſcriptione. De qua nũc deinceps, & de noſtra verſione, pauca dicimus. Ipſum quidem opus geometrico quodã modo elaborari ab illo cœptum, paulo vt nõ perpolitũ & expers tincturæ literarum, rudiuſculũ videtur: ſed hoc facilè ipſius rei bonitate compenſatur. Hoc ipſe vt ſe elimante etiam Latinũ facere vellẽ, paucis ante quàm fato ſuo fungeretur diebus à me petierat. Neque ego grauatim detulerã illi operã & ſtudium meũ, ſed hanc ei curam & elimandi operis facultatem, quæ fert omnia, mors abſtulit. Poſtea amici nõ ſolũ precibus ſed autoritate ſua, cùm opus edidiſſent, à me obtinuerũt, vt vertendũ in linguam latinã ſuſciperem, hancq; operam receptã viuo Durero, nauarẽ mortuo. Equidem nõ ignorabam quantũ oneris ſuſciperẽ in tractanda re, nec ſatis mihi perſpecta, neq; in cuius tractione haberem in Lingua latina quicquam quod pro exemplo ponere imitariq; poſſem. Non etiã fugiebat me quãto difficilior labor futurus eſſet, mortuo authore, quam fuiſſet & viuo, & quod maxime cõtrarium eſſet, occupatus aliis ordinariis negotiis, videbam non poſſe me tantum diligentie & aſsiduitatis huic conuerſioni impendere, quantam & cuperem, & ipſa mereretur. Sed quid agerem? Et mortui amiciſsimi mihi hominis reſpectu, & amicorũ illius cum voluntate erga me, tum quaſi quodã iure imperãdi mihi rapiebar contra omnes difficultates, ad ingrediendum iter, neq; planum neq; expeditũ mihi. Itaq; libris duobus totius voluminis tantũ tribui, quãtum quidẽ potui otij ſubtrahere occupationibus neceſſariis meis, & conatus ſum quomodocũq; Latinè docere, de quibus ille in Teutonica lingua optimè præceperat. Cuius facti cõfido me veniã apud vos bonos & ſtudioſos artium facile inuẽturũ, quod neq; ego defendere aut velim aut poſsim, quo minus audax videar. Sed non modo ignoſci alicubi audaciæ, verũ ſuccurri etiam oportere cẽſeo. Quod ſi cognouero induſtriam & ſtudium hac in parte meũ gratum vobis fuiſſe animabor & ad id quod reliquum eſt Alberti de pictura præceptionum Latinum faciendum, nõ paulo quã hæc vt exquiſitius ita etiam operoſius. Non autẽ expectabitis modò in hoc argumento ſcripta illius, ſed etiam cum Geometrica tum tichiſmatica, in quibus vrbium munitiones, vt horum temporum ratio ferebat, deſcripſit. Hæc autem ferè ſunt de quibus libros ille compoſuit. Nam quod audio quoſdam in vulgus promittere, vel ſcriptis vel ſermonibus ſuis, Libellum Alberti de ſymmetria partium in equorum corporibus, equidem miror, vnde poſt mortem illius allaturi ſint quæ viuus nunquam perfecerit. Etſi me clam non eſt Albertum in hoc etiam generationem cepiſſe exquirere veritatis, neque nihil menſurationum confeciſſe: verum quicquid fuerit effectum, amiſiſſe ſcio quorundã

perfidia, per quos factum sit vt commentarij surriperentur authori, itaque ille nunquam postea de integro voluit illam rem aggredi. Neque non suspicabatur vel potius compertũ habebat, vnde in suos labores fuci inuolassent, sed optimus vir maluit dissimulare cũ detrimento & dolore suo, quàm in illis persequendis mansuetudinis & lenitatis obliuisci. Huius igitur quicquid erit non patiemur in Albertum authorem cõferri, futurum, vt apparet, illo tanto artifice indignum. Exierunt etiam ante aliquot annos paucula quædam chartæ Teutonicæ, commendicatas & in conuenientes ferè præceptiones illa de re continentes, de quibus in præsentia verba facere non fert animus: sed nisi admodum fallor, nõ semel pœnituit authorẽ editionis. Cæterùm illa, quorum fecimus paulo antè mentionem, quæ non modò quia editioni comparauit ipse, sed etiam quia eximia sunt, facilè probantur Alberti esse, non paulo hinc, vt arbitror, quàm aliunde meliora accipietis: non quòd sint apud nos paratiores ab eruditione & doctrina quàm alibi, sed quia in officina illius hæc interpretantes, & inter chartarum αὐτογράφων augmenta & corectiones exemplorúmque varietates, quasi in luce multotum versantur, quæ aliis quamuis doctis, obscura videri necesse est. Ostẽdet hoc Geometricus illius liber, quem iam doctissimus vir in manibus habet emissurus propediem ornatiorem & explicatiorem quàm nunc legitur multipliciter: non enim minus viginti sex σχημάτων seu figurarum additionem habebit: correctiones autem vel castigationes priorum innumerabiles ita ipse relegẽs emissa iã in vulgus meliora locupletioráque reddiderat, & quasi diuinans se iterũ non editurum, præscripserat quid publicaturis de scriptura déque figuris faciendum esset. neque non etiam in Teutonica lingua, vt ab authore est volumen confectum, vbi primum poterimus, curabimus typis excudendum. Hęc ęquum fuerit vobis accepta esse, referentibus hanc gratiam & authoris singularis viri ardentissimi studiis ad publicam aliquid vtilitatem conferendi, inuentionum suarum, & nostris laboribus ac cupiditati, illa quę vni duntaxat nationi scripta videntur, propagandi in omnes.

In libros συμμετρίων Alberti Dureri προλεγόμενα ad Cristophorum Colerum V. C. & doctiss.

Cùm tuo maximè impulsu hos libros Alberti charissimi tibi amicorum, transferendos in linguam Latinam suscepissem, conueniens visum fuit de tota conuersione nostra rationem tibi reddere, vt & tuo iudicio commendaretur lectoribus, & ego quasi te duce huius editionis viam minus timidè ingrederer. Cùm igitur intellexissem nostram operam, quam in transferendo sumpsissemus, tibi non displicere, placuit illas rationum quasi tabulas hoc loco exponere, vt à te quæ gessissem comprobara ostenderem, fierétque hoc modo speciosius opus. Allaturum etiam nonnihil hoc vtilitatis lectoribus sperabam, communicatione quadam animi & cogitationum nostrarum, quibus si quid hac in parte gratæ à nobis operæ nauatum fuerit, id omne tibi vir clariss. debebunt referre acceptum, qui non modo author mihi extiteris, sed etiam impulsor.

CRISTOPHORO COLERO V. COS.

Cùm tuo suasu vertendi Durerianos libros de pictura prouinciam ceperim, quid in toto opere maximè appellandis rebus secuti essemus, placuit exponere tibi ante editionem, de tua sententia vel retenturi illa, vel mutaturi.

Quod author exquisiuit in aptis & concinnis corporibus effingendis, quam longè, quæ partes à quibus distare deberent, quæ elegãs & venusta membrorum cõpositio pulchritudo est, ideo nos interpretantes titulum, Symmetriam in his libris doceri prænotauimus. Hanc picturæ dedit, vt Plinius ait, primus Parrasius: vsurpauit autem plurimum Euphranor, qui & volumina de ipsa composuit. Latinum nomen etsi habere negatur, nos tamen interpretemur commensum commensurationémue. Atq; ita arte, quæ naturã sequitur ratio vestigatur qua quiq; tale fiat in exprimendis rerũ formis, quale re vera fuisset. Dimentiendarum autem, partium in corporibus cùm duplex sit via, vna altitudinis, altera latitudinis, vt scis, hanc bifariam accepimus. Nam quum in obliquis etiam imaginibus vt in plano notaretur satis intellectum iri putabam hanc densiratis esse, si ad soliditatem corporis respectũ esset. Eodem pertinet & quã profunditatem vocant, cum à dextris partibus retro quasi ceditur, vt in obliquo capite, verbi gratia, ab oculis ad aures. Altitudinis quidẽ

ratio longitudinis eſt. Sed in pede ſeu calce peculiariter conſiderauimus: nam ille tranſuerſus longus eſt, ita obliquo deſignatio datur perpendiculariter altitudinis. Neque te fugiat, ſi quando nominentur à nobis ſimpliciter partes, illarum initia ſeu ſummitates accipiẽdas, ſicut ferè adiecimus, cùm nõ fuerit, vt opinor, neceſſe, alicubi, etiam ſuperuacuum, nobis tamen vt in alieno opere non nimium audendum duximus. Quis autem requirat cùm ſinciput dicatur ſummi adiectionem præſertim hac voce facta è ſummo capite, niſi fallor? Cæterùm cùm autor curioſa penè diligentia exquiſiuerit partium in corpore humano nomina, quo menſurationes certiores eſſent, quibuſdam etiam noua impoſuerit, confido fore vt ſtudioſi verſionis vel hac in parte difficultatem intelligant: nam reliqua prętereo quæ & ipſa non poſsint facilia videri fuiſſe, cùm in hoc genere quod imitaremur, antiquorum extaret nihil. Cõquiſiuimus autem & nos non mediocri cura neque modico tempore nomina quibus Latinè reddere Dureriana poſſemus, quæ quàm appoſita ſint, nõ nos quidem præfari decuerit, ſed legentium erit iudicium. Quæ velim tu qualia ſint perpendas, cui ſi ſatisfecero, bona erit & de aliorum iudicationibus ſpes. Quos tamen æquum fuerit, vt arbitror, erratorum etiam nobis cum tali voluntate gratiam libẽter facere, atque hæc noſtra emendantes ipſos aliquid melius proferre: quod quidem non ſolùm nõ offendet nos ſed etiam voluptatem cum vtilitate nobis afferet. Nequid autem diſsimularemus, ſubiecimus appelationes partium in humano corpore Latinas, quibus addidimus Teutonicas Dureri, vt perſpiceretur quid equo feciſſemus.

PARTIVM HVMANI CORPORIS NOMINA quarum in his Libris mentio fit.

Sinciput Græci vocãt βρέγμα, intelligenda eſt capitis ſummitas pro qua veteres verticem poſuere. Die ſchaytel.

Vertex vbi in media calua capilli girantur. Der hinderſt vuirbel.

Occiput & occipitiũ. Hinden der kopff ob dem genigk.

Radices capilli. Haruuachs. Accipiuntur autem ſupra frontem & tempora.

Frons. Die ſtiern.

Supercilia. Augpraen.

Palpebræ. Augſchedel.

Naſus. Die naſe.

Nares. Naſlocher.

Bucca. Munde. Sic enim viſum in ore nominare coniunctionem labiorum, id eſt, vt græci vocant, συναρμογήν vel συμβολήν.

Genæ ſiue malæ. Itẽ bucce. Die packen.

Tempora. Neben das haubt.

Collum. gula. guttur. ceruix. Der hals.

Scapulæ. Schulterflayſch.

Humeri. Achſel. Ibidémque notantur extare humeri oſſa, id eſt capita inſerta. τῇ ὠμοκοτύλῃ, id eſt acetabulis. Die achſelbain.

Iugula & iuguli. Halſgrublein. Intelligẽda autem eſt ἡ σφαγή, id eſt lacuna in mediis iugulis. Iugulum etiam latini dixere.

Pectus. Die pruſte.

Alæ ſiue Axillæ. Vchſen. Notantur autem in aduerſo & auerſo corpore.

Mamæ. Pruſte. Papillæ. Die tutlein.

Infra mammas. Vndern pruſten. Ibidémque nominatur alicubi imus thorax.

Lumbi. latera. ſub coſtis. vbi pręcingimur.

Cinctus. Die vvaychen.

Sinus coxarum, quod ſupra illas concauitates extat, in quas coxę caput inſeritur quæ ſunt κοτύλαι, id eſt acetabula. Græci vocant planè ἰσχία. Der huft art.

Summum femur ſeu coxa. Der huft ende. Alicubi coxendices diximus. Quas tamen ferè poſuimus pro capitibus coxæ, id eſt, Die peyn in huften.

Aluus. End des pauchs.

Verenda. pudẽda. pubes Die ſcham. huc pertinet glans & ſcrotum & virgula & teſticuli. Sed in mulieribus initiũ pubis diximus pro naturæ initio, id eſt, σχίσματος. & imam pubem vbi deſineret id tamen non nuſquam interpretantes, his verbis. vbi corpus bifidum ſit. Den ſpaldt des vveybs.

Extremæ nates. Vnd des hyndern.

Femur. Das ober peyn.

Feminum ſulci. Einpeiſung des peins.

Supra genu. Ob dem knie. Supra genu interius. poplites.

Medium genu. In der mitte.

Infra ipſum. Vnder dem knie.

Sura. vvadem. Eſt & illa notata, media & ima. Itémque exterius & intetius.

Tibia. Schinpein.

Tali. Die knorren. gemini & ipſi interius & exterius.

Mons pedis ſiue conuexus pes. Des fues rit.

Planta. Die ſolen.

Calcem diximus. Den fues.

Calcaneum. Die fersen. Brachiū. Arm.
Humeri. Achsel. Ale. Vchsen.
Musculi, id est tori. Die mausc.
Nexus cubiti qui Grçcis est ἀγκών, vbi cubitus in obliquū flectitur. Der elnpogen.
Iunctura manus Græcis καρπός. Das gelengk der hand.
Manus. Hand.

Palma Die offen hand.
Digiti. finger vnd zehen.
Articuli. Gelengk.
Hęc sunt de quibus quasi referre ad te voluimus, quę tu diligenter vir clariss. considerabis & voluntatem erga nos studiáque nostra tuam conseruabis.

Io. Ca. Qu.

H. EOBANVS HESSVS HAEC QVOque Durero faciebat.


Nunc noua nobilibus symmetrica ducta parergis
Plurima in exiguo codice, letor, habes.
Quæ dum fortè leges, simul hoc quoque fortè notabis
Pictoris tantum non habuisse manus.
Omnia iudicio certo cognouit, & acri
Ingenio, nihil hunc quod latuisset erat:
Siue mathematicas res esset agenda per artes,
Nemo hoc iudicio dexteriore fuit:
Siue forent aptis cingendæ moenibus vrbes,
Dureri potuit pingere docta manus.
Nec tantùm pinxit, docuit quoque, qualia bello
Sæpe etiam clari non potuere duces.
Non tamen illius hic locus est describere laudes,
Quas alio scriptas carmine vulgus habet.
Tu modo Dureri decora inmortalia, lector,
Qui sapis, eximij muneris instar habe.
Ilius & patriæ grates age Noridos vrbi,
Tradita per quam sunt hæc monumenta tibi.

Et hæc,

Quanta suæ monumenta reliquerit artis Apelles,
Testantur varijs vtraque scripta locis:
Illius at nullum superest quod dicere posis
Artificis pictum nobilis esse manu.
Fallor an hæc etiam Durero fama futura est,
Et potuerunt tanti facta perire viri?
Non equidem credo, quoniam quæ perdidit illum
Hunc eadem ratio viuere posse facit,
Viuere non poterant quæ plurima scripsit Apelles,
Quod calamo tantum scripta fuere leui.
Nos nitido plures conscribimus ære libellos,
Quos fati series perdere nulla queat.
Pauca, vt credibile est, exempla reliquit Apelles,
Perdere quæ potuit quælibet hora nocens.
Nos damus exiguo tot milia tempore, quot nec
Per tres vlla manus scribat Olimpiades.
Hæc mihi nullo alios Durerum posse per annos
Viuere conditio spem facit esse ratam.
Quamuis arte sua sibi iam monumenta pararit,
Quæ sine digna libris ne morerentur erant.
Namque quis hoc melius pingendi calluit artem?
Quis fuit ingenio promptior atque manu?
Omnibus ille prior fuit, omnes ille reliquit.
Quique coæui aderant, quique fuere prius.
Sicut in hunc mihi scripta docent, Epicedia, veris
Facta magis tanti laudibus apta viri.

ALBERTI DVRERI CLARISS. PICTORIS. ET Geometræ. De Symmetria, Liber primus.

Regula Vertex.



Planta.

DEPICTVRVS humanam effigiem, hanc rationem sequitor. In propositã regulam quæ effigiem quam facere vis longitudine sua excedat, lineam ducito, eius cuius picturam esse placuit altitudinis. Sic vt lineæ primus punctus verticem, extremus calcem describat, próque diuersitate formarum, vt illas longas aut breues in animo concepisti, singulis suas lineas accommodato, easdémque singulatim partitor. Quare quotiescunque in sequentibus partiũ numeros audies, eos petendos scias, ex statura totius altitudinis à vertice ad calcem vsque eius cuius effigies instituta sit, cuius vnica illa linea diligentia summa distinguenda est, quæ distinctio perueniat à duabus partibus ad partes aut quinquaginta, aut centum, aut quotcunque tandem partibus vsus sit. Eas partes omnes suis numeris notatas ad illam longam in regula ductam lineam referes, sic vt cum eius primo siue initiali puncto consentiant, deinceps verò pro sua quæque diuersitate discrepent, vt necesse est. Atque hac via paucioribus numeris longiores partes notabimur & contra pluribus breuiores, fiet autem de tota lõgitudine, dimidium lineæ. 2. pars tertia. 3. pars quarta. 4. atque ita consequenter. Quas etiam ipsas hoc modò notatas partes si res poposcerit vlterius pro tuo arbitrio, dimidiato in alios siue pares siue impares numeros. Nam qui aliquam rem accuratè metiri cupit, dum vna certa partitione comprehendere omnia nequit, necessitate ad partium cõminutionem defertur. Quod à me factũ postea apparebit sæpe enim duplices, sæpe triplices numeros collocatos videbis, magnos, medios, pares, impares, quibus proximè ad veritatem rei pertingere posse visus sum. Cæterum numerorum eorum qui à me designati sunt, compositio, mutari & pro alterius ingenio aliter vsurpari poterit. Vt autem omnia quæ & dicta hactenus à nobis sunt & postea dicentur melius intelligantur. Illam regulam cum suis partibus, & partium notis quomodo facere docui hic appingam. ante enim omnia huius rectitudinẽ constare oportet absque quo immensus labor & temporis infinitas, vix omnium partium nominatas longitudines in totius longitudinis statura à vertice ad calcem vsque perquæsitura videatur.

NVnc quomodo institutam effigiem metiri poſsis oſtendam. Sit autem verbi cauſa prima effigies virilis depingēda hominis bene habiti & agreſtis, cuius ſtaturæ caput ſeptimæ ſit partis. Lineam rectā tranſuerſam ducito, in eam perpēdiculares lineas tres imponito, eius ſpatij cuius effigiem futuram propoſuiſti. Harum autem linearum trium prima obliquæ imagini tribuetur, altera aduerſæ, Tertia, auerſæ. His lineis paralelis hoc quo dixi modo diſpoſitis, Menſuram adhibeto altitudinis membrorum, id eſt partium notabilium à ſummo capite vſque ad imam plantam. Eáque ratione animaduertes in exemplis nos per lineas perpendiculares tranſuerſis æqualiter ſiue directè ductis, perueſtigatam membrorum altitudinem, ſuíſque numeris diſtinctam notaſſe, vbique ad menſuram partis numero adiecto quo intuenti ſtatim innoteſceret totius huiuſce rationis certitudo, præcipuas verò tranſuerſarum linearum has inuenies, ſæpe tamen plures ſæpe pauciores, nominari. Primo & ſummo loco verticem, proximā infrà hanc lineam fronti locus, Infrà hanc ſuperciliis, in inferiore, naſo, in hac etiā inferiore, mento. Atq; hoc pacto deſcendetur ad ſummos humeros, ad iugula, ad pectus, alas, ſcapulas, mā̄mas, infrà mā̄mas, lumbos vbi incingimur, vmbilicum, ſinus coxarum, coxendices, aluum, pubem, extremā glandem, extremas nates, fœminum ſulcos, ſuprà genu, ſuprà poplites, medium genu, infrà poplites, imum ſuræ exterioris, imum ſuræ interioris, montem pedis, imum tali exterioris, plantam.

Hæc nomina ſuo loco in exemplis perpendicularibus lineis addemus quibus membrorum longitudo indicetur, Quo huius rationis quam in toto opere ſecutus ſum euidentia conſtet.

His ſic ordinatis, ita longitudinem membrorum metieris.

A ſyncipite quod bregma dicitur vſque ad medij iuguli ſummitatem vna pars eſto decima & vna vndecima. Ad ſummos humeros duæ partes. 11. Ad imum mentum vna pars. 7. Summitas verticis media eſt inter ſyncipu &t frontem. A mento vſque ad radices capilli vna decima.

Hanc ſi partitus fueris in tria æqualia ſpatia, primum frontem, ſecundum oculos & naſum, tertium os & mentum deſignabit. A iugulo vſque ad ſummum pectus vna. 30. Sub alas vna. 13. Ad mammas vna. 10. Infrà mammas vna 8. lumbos duæ. 11. A lumbis ad vmbilicum vna. 40. Sinus coxarum vna. 30. Imas coxendices vna. 10. Pudenda vna. 8. extremam glandam, vna. 6. Imas nates vna decima & vna. 11. Ab imis natibus vſque vbi fœmina quaſi ſulcantur, id eſt ad medium femur vna. 18. A planta ad imum talum vna. 28. A planta ad montem pedis vna. 20.


Atque ita corporis longitudinem dimenſus ad imum vſque femur, ſupereſt vt genu quoque ſuo loco collocetur. Quod vbi factum erit de tota corporis ſtatura tres inæquales menſiones exiſtent. Nempe à ſummitate medij Iuguli ad imum vſque femur vna & longiſsima, ab imò fœmore ad medium vſque genu, altera & quidem minus longa, à medio genu ad imam vſque tibiam tertia & breuiſsima. Superiora enim membra, quod in homine obſeruatu per eſt facilè, longiora & firmiora eſſe conſueuere. Corpus, quod nomen ſæpe audis, accipe ex partibus compoſitam & aptam longitudinem, compotem motionis. Nunc ad illas tres menſiones redeo, eas ſcito inter ſe certa proportione conuenire oportere, ſit vt qua proportione corporis longitudo congruat cum longitudine coxæ, ducta ratione à ſummo fœmore ad genu medium, ea proportione hæc cum tibia comparetur.

Cæterum hoc,quod equidem non vbique sequor,ita constitues. Triangulum ducito a.b.c. a.b.latus esto transuersum. b. c. rectum sic vt.b.rectum angulum faciat mox rectum latus.b.c.diuides punctis duobus.d.e.in tria ęqualia spatia.Et ab angulo.a.duces lineas duas rectas ad puncta.d.e.quibus proportionem eam quam dixi erues hoc modo.

In regula duobus punctis designabis totius corporis longitudinem, inter medium iugulum & imum femur. Similiter inferius imum talum sub tibia notabis, punctum autem iuguli ascribes.f.imi fœmoris.g.imi autem tali.h. postea regulam sic applicabis vt punctum g.tangat lineam. a. d. supra memorati trianguli,& istud punctum neutiquam à dicta linea dimouebis.Regulam tamen super ea linea tantisper versabis dum punctum.f.pertingat ad lineam trianguli.a.c.& dum infimum punctum.h.pertingat ad transuersam lineā.a.b. Quibus ita perfectis secabit linea.a.e.regulam inter. g. h. & ad.d.punctum. I. ascribes inueniésque designatas cum corporis longitudine tres mensiones analogicas. Quæ enim est proportio spatij.f.g.ad spatium.g.I. ea est à spatio.g.I.ad spatium.I.h. de puncto autem.f.sumitatem medij iuguli intelliges, de puncto.g. imum femur de puncto. I.mediū genu de puncto.h.imum talum sub tibia, inter hæc animaduertes regulam ad triangulum applicatam inflectendam esse cum puncto. f. sursum versum rectè stans latus.e. b. Talem triangulum licet æquatorem nomines, & hanc rationem contrariam cum aliquid inuertere voles facere poteris.Sanè plurimam ad multarum rerum effectum vtilitatem rectè vsurpantibus suppeditabit.

Atque ita constituto genu loco suo in proposita imagine,quæ super sunt,ita metiere.E genu medio vsque suprà illud esto vna. 21. Infrà verò vna. 40. Atque ita genu concluditur,medio, & quod supra & quod infra est. Ad imam suram exterius duæ sunto. 19. Interius vna. 8.

Sed prius quàm in hoc opere pergam subiiciam trianguli, cuius mentionem feci,figurationem.



Post hac deinceps peruenitur ad brachij mensuram: ita vt subiecimus.
Ab humero enim vbi illius caput ad iugulum annectitur ad cubitum vsque, duæ. 11.
Cæterum ab humero ad imos musculos vna. 10.
A cubito ad extremos vsque digitos vna. 4.
Ab extremis digitis retro ad extremam manum vna. 10. Et si in vnam. 9. produci non est inconcinnum si cui fortè ita libeat.

Atque ita sese habet omnium membrorum altitudinis mensura. Nunc latitudinem de transuersis lineis ductis per obliqua effigiei membra, indicabimus.

Caput per verticem infra sinciput diduces in vnam nonam.
Per summam frontem. 14.& 15.
Per palpebras vnam. 7.
Per nasum vnam. 8.
Per mentum ac imum collum similiter. 8. vnam.
Per collum ipsum vnam. 12.
Per Iugula vnam. 9.
Per summum pectus duas. 13.
Per alas vnam. 6.
Per mammas vnam similiter. 6.
Infrà mammas vnam. 12. vnámque. 13.
Per lumbos vbi præcingimur vnam similiter. 12.& 13.
Per sinus coxarum vnam. 6.
Per femur summũ siue coxendicem pérque aluum ac nates vnam. 11.& 12.
Per pudenda similiter vnam. 11.& 12.
Per summa fœmina sub natibus vnam. 7.
Per media fœmina vnam. 14.& 15.
Supra genu vnam. 10.
Per medium genu vnam. 12.
Infrà genu vnam item. 12.
Per mediam suram vbi latissima est vnam. 20.& 21.
Per imam suram vnam. 13.
Per talum vbi cum calce tibia connectitur vnam. 13.
Pedem ipsum siue calcaneum ad vnam. 6. produces.

Post hæc brachiũ obliquum per partes suas ita densabis.
Humerum duabus. 21.
Sub alis vna. 13.
Nexum cubiti vna. 18.
Musculos cubiti vna. 18.
Iuncturam manus vna. 32.
Ipsam manum sic dependentem vna. 30.

Cæterum in exemplis brachiorum mensura separatim à corporibus demonstrabitur, quo planior res minúsque inuoluta sit.

Ac nũc deinceps de latitudine aduersorum membrorum singulatim præcipiemus.

Capitis per verticem latitudo sit vna. 10.
Per frontem vna. 8.
Per palpebras vna. 9.
Per aures vna. 8.
Per nasum vna. 10.
Ipsius sub mento colli latitudo vnam. 12. habeat.
Per iugula vna. 5.
Per pectus tres. 10.
Intra alas spatium vnam. 5. habeat.
Intra mammas duas. 15.
Per lumbos vnam. 5.
Per sinus coxarum vnam. 9.& duas. 19.
Per femur vnam. 4.
Vbi & coxendices notabũtur distantes quidem inter se vna. 6.
Per pubem vnam. 4.
Per sub ipsis statim natibus femur duas. 17.
Per medium femur vnam. 10.


Hoc loco illum quasi, vt diximus sulcum, id est, interius notabis.

Supra genu vnam. 12.
Per genu vnam. 14.
Sub genu duas. 26.
Per mediam suram vnam. 22.& vnam. 24.
Per imum suræ interioris vnam. 14.
Per tibiam supra talum vnam. 27.
Per talos vnam. 22.
Ipsum per extremos digitos pedẽ dilatabis in vnam. 15.
Iam brachium deinceps huius formæ ita describes.
Per alas vna. 18. erit.
Supra cubiti nexum vna. 21.
Infra vna. 16.
Per cubitum ante iũcturam manus vna. 25. palmam ipsam explanabis vna. 15.
Postremò ad tertiam lineam effigiem auersam per scapulas, id est intra alas, latam facies, vna. 4.
Ipsum podicem intra nates fissum designabis altitudine vnius octauæ.
Calcaneum latum facies vna. 24.

Atque hac ratione & via altitudine & latitudine omnium huius corporis membrorum tripliciter descripta, consequenter delineationis habitus & figuram inscribes pro tuo quidem ingenio quàm appositissimè. Neque est parum vtile, id quod libenter soleo facere, vt ille delineationes & figura secundum propositam viui hominis similis staturæ. Imaginem inducantur, ita cadent aptius ac venustius, quàm si temerè exarentur.

Equidem quam potui exactiſsimè in exemplis omnia expreſsi. Atque eſt in hac parte ſpectabile præ cæteris, quanto artificio natura hominem, quaſi compactum duabus partibus fabricata ſit, vtque in coxendices tanquã baſin truncum impoſitum agglutinarit. Quo loco in exẽplis diligenter circum ventrem ſacrúmque os, talem habitum deſignantes curuauimus. Quæ quidem vt primæ effigiei exempla quo omnia ſint diſtinctiora, ſigno licet aliquo notes vt verbi gratia. A.

obliqua figura




aduersa figura

Altitudines membrorum virilium.

Synciput summũ
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Summi humeri.
Iuguli.
Pectus.
Alæ.
Mammæ.
Infra mammas.
Lumbi vbi incingimur.
Vmbilicus.
Sinus coxarum, siue acetabula.
Coxendices.
Pubes.
Extrema glans.
Extremæ nates.
Fœminum sulci siue medium femur.
Supra genu.
Medium genu.
Infra genu.
Imum suræ exterioris.
Imum suræ interioris.
Mons pedis.
Imum tali exterioris.
Planta.

A




auersa figura

Post hæc describemus effigiem mulieris crassulæ valentulæque ac agrestis cuius forma sit superius demonstrate virilis maximè consimilis,ponatúrque & huius altitudo ipsius capitum septem. Igitur superius traditam rationem sequere, secundum quam etiam huius corporis partes dimetiare. Cæterum in exemplis placuit latitudinum lineas transuersas deinceps omittere, solósque numeros illius latitudinis indices inscribere, notatis tamen locis omnibus punctulis appositis,quod quidem ideo putaui faciendum, vt odium crebritatis in lineationibus vitaremus.Membra ergo talis muliebris corporis ad talem commensuratio nem formabis.


Inter synciput & summos humeros esto vna decima & duæ vigesimæ tertiæ.
Atque hoc item & inter iugula duæ. 11.
Atque hoc etiam inter & imum mentum vna. 7.
Inter mentum & verticem vna. 8.
Inter mentum sursum & summam frontem vna. 10.
Quam quidem decimam diuides in partes æquales treis quarum summa habeat.
Frontem, media nasum, oculos, aures, ima buccam & mentum.
Cæterum sub mento carnosum quasi palear circum duces.
Inter iugula & lumbos vna. 5.
Inter iugula & vsque infra mammas vna. 7.
Inter iugula & papillas vna. 9.
Hæcque ipsa inter & axillas vna. 15.
Hæcque item inter & pectus vna. 28.
Hoc loco obseruabis alarum posteriores partes, id est quæ à tergo sunt demissiores esse prioribus.
Inter lumbos & vmbilicum vna. 22.
Inter lumbos & coxendices siue summum femur vna. 9.
Eosdem inter & imam aluum vna. 8.
Inter eosdem item & imam pubem duę. 11.
Item inter eosdem & extremas nates vna. 5.
Inter plãtam & cõuexitatem pedis vna. 20.
Eam ipsam inter & talũ exteriorem vna. 28.
Inter imum talum & medium genu duæ. 9.
Vel sanè facies hæc, quo modo fieri per æquatorem solere ostendimus. Tum quidem genu paulo quam prius stabit inferius, sed tu sequare vtramlibet rationem licet.
Inter medium genu & imam suram vna. 8.
Cæterum calces longos facies vnam. 6.
Deinceps longitudinem brachij à summo humero vsque ad cubitum extendes duabus. 11.
A cubito vsque ad extremos digitos vna. 4.
Inde vero retro vsque ad manus iuncturam vna. 10.

Atque ita designata membrorum altitudine, consequenter latitudinem notabis, Et quidem primum obliqui corporis hoc modo.
Caput obliquum per verticem addensabis vna. 9.
Cum verticem vel quam aliam partem nomino in exemplis, fac ad illarum puncta respicias ita res tibi erit plana.
Per frontem vna. 14,& 15.
Per supercilia similiter vna 14,& vna. 15.
Per nasum vna. 8.
Per mentum & ceruicem vna. 12.
Per iugula esto latitudo vnius. 10.
Per pectus,id est suprà mammas vnius. 7.
Per axillas duarum. 13.
Per papillas vnius. 12,& vnius 13.
Per imas mammas vnius. 7.
Per lumbos, id est infrà costas vbi præcingunt vnius similiter. 7.
Per vmbilicum vnius. 10,& vna. 11.
Per coxendices vnius. 8,& 10.
Ipsum statim sub natibus femur vnam. 7. latum sit.
Suprà genu latitudo esto duarum. 19.
Per medium genu vna. 12.
Infrà genu similiter. 12. vna.
Per mediam suram vna. 20,& vna. 22.
Per imam suram vna. 12.
Per imam tibiam vna. 18.
Ac deinceps brachij latitudinẽ ita notabis.
Per humeros vt sit vna. 11.
Per musculos vna. 12.
Per nexum cubiti vna. 20.
Per musculos cubiti vna. 7.
Per iuncturam manus vna. 34.
Per ipsam dependentem manum vna. 27.
Postea similiter latitudinem muliebris aduersæ formæ ita facies.
Caput per verticem latum vnam. 18,& vnam. 19.
Per frontem vnam. 15,& 16.
Per supercilia vnam. 9.
Per aures vnam. 8.

Per nasum vnam. 10.
Per gulam sub mento vnam. 12.
Per iugula vnam. 5.
Vbi subsunt humeri ossa siue acetabula inter se distantia duas. 11.
Per pectus quatuor. 15.
Per summas mammas intra alas vnam. 6.
Infra papillas vnam. 8.
Per imas mammas vnam. 10,& 11.
Per lumbos, id est infra costas vbi præcingunt vnam. 5.
Per vmbilicum vna. 4.
Per summum femur vnam 7,& vnam 8.
Atque ibidem intra coxendices facies duas. 11.
Per femur iuxta imam pubem vnam. 15, & 16.
Supra genu duas. 21.
Per medium genu duas. 25.
Per mediam suram vnam. 22, & vnam. 24.
Per imam suram vnam. 14.
Per imam tibiam vnam. 26.
Per talos vnam. 25.
Ipsum pedem per digitos dilatabis vna. 16.
Et calcaneum vna. 28.
Iam auersam muliebrem effigiem per quidem scapulas, id est intra alas latam facies vnam. 5. in podice fissura obtinebit spatium vnius. 6.
Verum brachiũ aduersum per humeri musculos addensabis vna. 16.
Per nexum cubiti vna. 19.
Per musculos cubiti vna. 15.
Per iuncturam manus vna. 27.
Ipsam palmam vna. 16.
Atque ita commensuratis omnibus partibus corporis formam aptam ac conuenientem delineabis ac inscribes. Ita vt in exemplo à nobis factitatum videre potes, diligenter expressis omnibus flexibus & congruis ductibus delineationum pro loco vbique suo, Sicque confecta etiam muliebri effigie exemplum similiter notabis, veluti suprà, vt verbi causa. A. I.


A I
A I

Altitudines membrorum Muliebrium.



Syncipit summũ
Vertex.
Frons.

Supercilia.
Nasus.
Mentum.

Summi humeri.
Iuguli.
Pectus.
Alæ.
Mammæ.
Infra mammas.
Lumbi vbi incingunt.

Vmbilicus.
Coxendices.
Ima aluus.

Ima pubes.

Extremæ nates.

Supra genu.


Medium genu.

Infra genu

Imum suræ exterioris

A

Mons pedis.
Imum tali.
Planta.




AI

SEquitur commensuratio membrorum virilis corporis, cuius altitudinis caput sit partis octauæ. Vbi simili via procedes, ita vt altitudinem membrorum instituas isto modo.

Inter synciput & iugula erit spaciũ vnius. 6.
Inter synciput & mentum imum vna. 8.
Inter imum, mentum, & summam frontem vna. 10.
Per hanc decimam, faciem in tres partes diuides, vt supra est ostensum.
Inter synciput & lumbos vbi præcingimur vna. 3.
Inter iugula & alas vna. 14. cęterum à tergo alæ sunt demissiores.
Inter iugula & mammas vna. 10.
Inter synciput, & vbi in pedes corpus finditur vna. 2.
Inter lumbos & vmbilicum vna. 29.
Inter lumbos & sinus coxarum vna. 18.
Inter eosdẽ & coxẽdices vna. 20, & vna. 18.
Inter item illos & pubem duæ. 13.
Intérque eosdẽ & extremas nates vna. 10, & 11.
Inter extremas nates & imũ scrotũ vna. 40.
Indéque etiam vsque ad medium femur vna. 15.
Inter plantam & exteriorem talum vna. 27
Inter talum & vbi pes cõuexus fieri incipit vna. 21.
Intérque eundem & medium genu vna. 4.
In genu etiam cõstituẽdo superius demonstratam per æquatorem rationẽ sequi poteris.
Inter medium genu, & supra genu vna. 30.
Inter medium genu & infra genu vna. 30. atque his partibus genu includetur.
Inter medium genu & imum suræ exterioris vna. 9.
Inter medium genu & imum suræ interioris. 15, & 16.
Atque ita ad brachium transibis.
A summo humero ad cubitũ vsque vna. 5.
A cubito vsque ad extremos digitos vna. 4.
Ab extremis digitis ad iuncturam manus vna. 10.
Deinceps obliquæ formæ latitudinem aggredere hoc modo.
Per verticem latam caput facies vna. 10.
Per supercilia facies vna. 8.
Per nasum vna. 9.
Per mentum & collum vna. 10.
Ipsum verò infra mentum collum vna. 16, & paulò inferius vna. 14.
Corpus per iugula vna. 12.
Per pectus vna. 7.
Per mammas vna. 7.
Infra mammas vna. 14, & 15.
Per lumbos vna. 16, & 17.
Per vmbilicum vna. 17, & 18.
Per sinus coxarum vna. 8.
Per coxendices vna. 7.
Per pubem seu nates & femur duabus. 15. ipsum sub natibus femur in vnam. 9. addensabis.
Per medium femur vna. 19. & 20.
Supra genu vna. 14.
Per medium genu vna. 15.
Infra genu vna. 16.
Per mediam suram vna. 13.
Per imam suram vna. 17.
Supra montem pedis vna. 24.
Ipsum calcem in vnam. 6. produces.
Deinceps obliquũ brachium sic dilatabis.
Per humerum vna. 13.
Infra alas vna. 17.
Per nexum cubiti vna. 24.
Per musculos cubiti. 22.
Per manus iuncturam vna. 10.
Per ipsam ita manum pendentem vna. 34.
Post hæc aduersæ formæ latitudinem notabis isto modo.
Caput per frontem dilatabis vna. 9.
Per supercilia vna. 10.
Per aures duabus. 17.
Per nasum vna. 12.
Ipsius colli sub mẽto latitudo erit vnius. 16
Truncum per iugula latũ facies vna sexta. ibíque inter humerorũ ossa pars erit vna. 11. & vna. 12.
Pectus humerósque facies latos vnam. 4.
Spatium intra alas erit vnius. 6.
Intra mammas vnius. 9.
Per lumbos duarum. 13.
Per sinus coxarum vnius. 6.
Per summum femur vnius. 10. & 11. Atque ibidẽ distabunt. Coxẽdices inter se vnius. 14. & 15.
Ipsum sub natibus statim femur vnius. 11. latitudine facies, mediũ id est sulcos vnius. 13.
Supra genu vnius. 16. erit.
Medium genu vnius. 18.
Infra genu vnius. 20.
Media sura vnius. 15.
Ima sura vnius. 20.
Ima tibia vnius. 34.
Per talos latitudo erit vnius. 27.
Pedis verò per extremos digitos vnius. 16.
Atque ita pergens ad brachium, per musculos illud infra alas addẽsabis in vnam. 24.
Supra cubitum vnam. 26.
Per cubiti musculos vnam. 19.

Per iuncturam manus vnam. 16.
Palmæ latitudo esto vnius. 16.
Auersam formam per scapulas latam facies vnam. 5.
Rima podicis erit vnius. 10.
Calcaneus patescet vna. 28.


Quibus obseruatis per commensurationes effigiẽ exquisitè describes, vt quidem nos in exemplo fatuere studuimus.
Quod vt A. superius, sic litera B. poteris signare.



b

Altitudines membrorum virilium.


Synciput summũ
Frons.
Palpebræ.
Nasus.
Mentum.
Iuguli.
Alæ.
Mammæ.
Lumbi vbi incingimur.
Vmbilicus.
Sinus coxarum.
Coxendices.
Pudenda.
Rima podicis.
Extremæ nates.
Imum scrotum.
Fœminum sulci.
Supra genu.
Medium genu.
Infra genu.
Sura exterior.
Sura interior.
B
Mons pedis.
Talus.
Planta.



HVic virili formæ adiiciemus, sicut ante quoque fecimus consimilem muliebrem, cuius sit item altitudinis caput partis octauæ. Eam igitur ita institues.


A summo capite vsque ad iugula altitudo erit vnius. 6.
Atque item inde ad imum mentũ vnius. 8.
A mento sursumversum ad summam frontem vnius. 10. Quam quidem decimam vti est supra ostensum in tria æqualia spacia diuides quæ tribuantur fronti, naso, mento.
A iugulis ad lumbos vnius. 5.
Atque inde ad alas vnius. 16.
Itémque inde ad mammas vnius. 11.
Indéque etiam vsq; infra mammas vnius. 9
A lũbis ad extremas nates vnius. 11, & 12.
Indéque ad imam pubem vnius. 13, & 14.
Atque inde ad summum femur siue coxam vnius. 10.
Indéque etiam ad vmbilicum vnius. 40.
A planta sursum versum ad talũ vnius. 30.
Atque inde item ad conuexitatem pedis vnius. 21.
Itémq; inde ad medium genu vnius. 8, & 9.
Vel sane genu per æquatorem impones, vt est traditum.
A medio genu vsque supra genu vnius. 26. atque ibi incipit genu existere.
A medio genu ad imam suram vnius. 8.
Post hæc ad brachium accedes, sic vt inter humerum & cubitum longitudo sit vnius partis. 5.
A cubito ad extremos vsq; digitos vnius. 4.
Ab extremis digitis vsque ad iũcturam manus vnius. 10.
Atque ita per latitudinem obliquæ formæ muliebris membra metieris.
Ea erit per frontem vnius. 9.
Per supercilia vnius. 16, & 17.
Per nasum duarum. 19.
Per mentum & ceruicem vnius. 11.
Ipsum sub mento collum addensebis in vnam. 17.
Per iugula vnius. 14.
Per pectus siue supra mammas vnius. 9.
Per papillas vnius. 8.
Infra mammas vnius. 9.
Per lumbos siue infra costas vbi præcingũt vnius. 9.
Per vbilicum vnius. 8.
Per summum femur siue coxam vnius. 6.
Per femur statim sub natibus duarum. 17.
Supra genu vnius. 14.
Per medium genu vnius. 16.
Per mediam suram vnius. 14.
Per imam suram vnius. 18.
Per imam tibiam vnius. 26.
Per talos vnius. 17.
Ipsius calcis longitudo erit vnius. 7.
Brachium autem per humeros latum facies vnam. 14.
Infra alas vnam. 18.
Supra cubitum vnam. 26.
Per musculos cubiti vnius. 24.
Per iuncturam manus vnam. 40.
Ipsam ita propendẽtem manum vnam. 36.
Postea aduersæ formæ latitudinem exquires, hoc modo.
Per frontem latitudo erit duarum. 19.
Per supercilia vnius. 10.
Per nasum vnius. 12.
Collum sub mento addensabitur in vnam. 17.
Per iugula vnius. 7.
Vbi paulò inferius notabis acetabula humeri distantia inter se vna. 7.
Per pectus vnius. 9, & 10.
Intra alas vnius. 7.
Intra papillas vnius. 10.
Per lumbos, id est vbi præcingunt vnius. 7.
Per vmbilicum duarum. 11.
Per summum femur vnius. 9, & 10.
Vbi quidem impones coxendices distantes inter se vna. 7.
Per fœmina infra pubem vnius. 10.
Supra genu vnius. 15.
Per medium genu. 18.
Per mediam suram vnius. 16.
Per imam suram vnius. 19.
Per imam tibiam vnius. 34.
Per talos vnius. 29.
Infra talos, id est, per cõuexum pedẽ vnius. 31.
Ipsius quidem calcis erit per extremos digitos latitudo vnius. 20.
Tum brachium sic exequere.
Per humeri musculos latitudo habebit vnã. 24.
Supra cubitum vnam. 28.
Per musculos cubiti vnam. 22.
Per iuncturam manus vnam. 34.
Ipsa palma explanabitur in vnam. 20.
Postremò auersam formã per scapulas, hoc est, intra à tergo alas latam facies duabus. 13.
In podice fissura erit vnius. 9.
Calcaneus patescet vna. 30.

Atque ita effinges apte omnium membrorum ductus persequendo etiam hanc figuram, ita vt nos studuisse in exemplo cernere potes. quod quidem esto. B.I.



B I B I

Altitudines membrorum Muliebrium.




Licet etiam has proximas descriptas effigies alicubi mutes quo quidem modo sequitur.

Ac primum quidem viri vsque vbi in pedes corpus finditur altitudinem facies vnius. 2.
Inter syncipút & iugula duarum. 11.
Inter syncipút & summos humeros vnius. 7.
Inter idem & imum mentum vnius. 8.
Inter imum mentum & summam frontem vnius. 10.
Quod quidem spatium in tria æqualia diuides, ad frontem, nasum, & mentum, vti aliquoties iam est ostensum.
A iugulis ad lumbos duarum. 11.
Indéque item vsque infra mammas vnius. 9.
Itémque inde ad mammas vnius. 11.
Atque etiam inde ad alas, id est vsque supra mammas vnius. 19.
A lumbis ad extremas nates vnius. 12, & 13.
Itémque inde ad pubem vnius. 17, & 18.
Indéque etiam ad summum femur vnius. 10.
Atque inde item ad sinus coxarum vnius. 24.
Atque etiam inde ad vmbilicum vnius. 35.
Ab extremis natibus vnius 40, sulcatúrque peculiariter femur ibi sub natibus. Cæterum ab extremis natibus vnius 14, altitudine ille in medio fœminæ, id est interius sulcus notabitur, cuius sæpe iam est facta mentio.
Ad planta ad conuexitatis initium vnius. 22.
A planta ad imum talum vnius. 32.
Ab imò talo ad medium genu vnius. 4.
A medio genu vsque supra genu exterius quidem vnius. 20.
Verum interius vnius. 30.
Similiter à medio genu vsque infra genu exterius quidem vnius. 80.
Verum interius vnius. 40.
A medio genu vsque ad imum suræ exterioris, vnius. 10.
A medio genu ad imum suræ interioris vnius. 9.
Longitudo calcis erit vnius. 6.
Longitudo autem brachij talis.
A iugulis vbi illis humerus annectitur ad cubitum vnius. 10, & 11.
A nexu cubiti vsque ad iuncturam manus vnius. 7.
A iunctura manus ad extremos digitos vnius. 10.
Post hæc latitudinem etiam membrorum paulo diuersiore modo notabis, ac primum obliquæ formæ.
Per frontem quidem vnius. 10.
Per supercilia vnius. 17, & 18.
Per nasum & tempora duarum. 19.
Per mentum & ceruicem vnius. 10.
Ipsius sub mento colli latitudo erit vnius. 17.
Per humeros vnius. 15.
Per iugula vnius. 12.
Per pectus vnius. 8.
Per alas, id est supra mammas duarum. 15.
Per mammas duarum item. 15.
Infra mammas vnius. 15, & 16.
Per lumbos duarum. 19.
Per vmbilicum vnius. 9.
Per sinus coxarum vnius. 16, & 17.
Per summum femur duarum. 15.
Ipsum sub natibus femur latum esto vnam. 19, & 20.
Per medium femur, id est sulcum fœminis vnius. 10.
Supra genu exterius vnius. 27.
Supra genu interius vnius. 14.
Per medium genu vnius. 16.
Infra genu exterius vnius. 17.
Infra genu interius vnius. 16.
Per mediam suram vnius. 14.
Per imum suræ exterioris vnius. 16.
Per imum suræ interioris vnius. 16.
Per imam tibiam, id est supra conuexitatem pedis vnius. 26.
Per conuexitatem vnius. 20.
Tum brachium resumes. faciésque per humeros latum vnam. 14.
Infra alas vnam. 19.
Per nexum cubiti vnam. 26.

Per musculos cubiti vnam. 25.
Per iuncturam manus vnam. 44.
Ipsam ita dependentem manum vnam. 34.
Atque ita ad effigiem aduersam accedes.
Illam facies per frontem latam duas. 19.
Per aures vnam. 9.
Per nasum vnam. 12.
Per collum sub mento vnam. 17.
Supra iugula vnam. 14.
Per iugula vnam. 6.
Vbi paulo inferius humeri ossa inter se distabunt vna. 6.
Infra iugula per pectus & humeros vna. 8, & duabus. 17.
Intra alas vna. 12, & vna. 13.
Per mammas, vna. 9.
Per lumbos vbi incingimur duabus. 13.
Per sinus coxarum vna 11, & vna. 12.
Per fœmora tribus. 20, & vna. 21.
Ibique coxendices inerunt distantes inter se, vna. 7.
Per femur infra nates vna. 11.
Per illum fœmoris sulcum vna. 13.
Supra genu exterius vna. 16.
Supra genu interius vna. 17.
Per medium genu vna. 19.
Sub genu exterius vna. 20.
Sub genu interius vna item. 20.
Per mediam suram vna. 16.
Per imum suræ exterioris vna. 18.
Per imum suræ interioris vna. 20.
Per imam tibiam vna. 37.
Per talos vna. 29.
Sub talis vna. 30.
Latitudo extremę calcis per digitos vna. 17
Brachium aduersæ imaginis sic mutabis.
Per musculos latum esto vna. 25.
Ante nexum cubiti vna. 27.
Post nexum vbi latissimus est cubitus vna. 21.
Per iuncturam manus vna. 34.
Palmam ipsam latam facies vnam. 18.
Auersam imaginem hactenus demutabis, vti intra alas lata sit duas 11. Vtque podicis rima habeat longitudinem vnius. 11.
Calcem facies latam vna. 33.

Quibus confectis diligenti studio lineas formationis inscribes vt supra monui.

Atque harum omnium rationum exemplo subiecta sunt.




C

Synciput.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Summi humeri.
Iuguli.
Alæ.
Mammæ.
Infra mammas.
Lumbi vbi incingimur.
Vmbilicus.
Sinus coxarum.
Femur.
Pudenda.
Extremas nates.
Sulcus fœminū.
Supra genu exterius.
Supra genu interius.
Medium genu.
Infra genu exterius.
Infra genu interius.
Imum furæ exterioris.
Imum furæ interioris.
Mons pedis.
Tali.
Planta.




Sed muliebrem effigiem ita mutabis.


A syncipite vbi capilli discernuntur vsq; ad iugula erit altitudo duarum.11.
Ad scapulas vnius.7.
Ad imum mentum vnius.8.
Ab imo mento vsque sursum ad verticem vnius.9.
Ab eodem ad frontem vsque vnius.10.
Atque hanc.10.distribues secundũ demonstratam supra rationem,pro positu oris,siue faciei.
A iugulis infra alas vnius.17.
Ad mammas vnius.11.
Infra mammas vnius.9.
Ad lumbos vbi incingunt duarum.11.
Inde vsque ad vmbilicum vnius.40.
Ad femur vnius.10.
Ad imam aluum duarum.17.
Ad pubis initium vnius.7.
Ad imam pubem duarum.13.
Ad imas nates vnius.11,& vnius.12.
Præterea ab ima planta sursum versum ad montem vsq; pedis altitudo erit vnius.23
Ad talum vnius.35.
Ad medium genu vnius.4.
Poteris etiam beneficio ęquatoris genu suo in loco constituere.
A medio genu,vsque supra illud vnius.25.
Infra genu,vnius.36.
Ad imam suram exteriorem vnius.11.
Ad imam suram interiorem vnius.9.
Lõgitudo pedis esto vnius.12, & vnius.13.
Sequitur brachiũ illud longũ esto à summo humero vsque ad nexum cubiti duarũ.11
A cubiti nexu vsque ad extremos digitos vnius.4.
Hic retro vsq; ad iuncturã manus vnius.11
Sequitur mutata effigies muliebris per latitudinem.Primũ quidem obliqua,ea esto lata per frontem vna.18,& vna.19.
Per supercilia vna.9.
Per genas & nasum vna.10.
Per mentum & gulam vna.11.
Collum sub mento latum esto vnam.18.
Per summas scapulas esto latitudo vnius.16
Per iugula vnius.14.
Per mammas vnius.18,& vnius.19.
Per papillas vnius.16,& vnius.17.
Infra mammas vnius.18,& vnius.19.
Per lumbos vbi incingunt vnius.9.
Per vmbilicum vnius.8.
Per femora vnius.6.
Per aluum duarum.13.
Femoris sub natibus vnius.9.
Supra genu vnius.13.
Per medium genu vnius.16.
Infra genu vnius.17.
Per mediam suram vnius.16.
Per imum suræ interioris vnius.17.
Tibiam supra calcem facies latam vna.26.
Per montem pedis vna ducetur.24.
Obliquæ imaginis brachium aliter quàm supra demonstratum est ita licet facias.
Sub alis latum esto vnam.18.
In cubiti nexu vnam.26.
Proximè hunc per cubitum vnam.24.
Per manus iuncturam vnam.24.
Palma latitudinem habeat vnius.36.
Sed aduersæ formæ hæc ostẽdatur mutatio.
Caput aduersum per frontem latum esto vna,19,& 20.
Per aures vna.9.
Per nasum vna.12.
Gulam sub mento dilatabis in vnam.18.
Per summas scapulas vna esto.19.
Ossa humerorũ siue acetabula iuxta iugula inter se disiuncta sint vna.7.
Per pectus & humeros latitudo esto duarum.6.
Intra alas duarum.15.
Intra mammas vnius.10.
Per lumbos vbi incingunt vnius.7.
Per vmbilicum duarum.11.
Per coxas siue femur summum vnius.5.
Atque ibidem inter se distantes coxendices facies vna.7.
Femur sub natibus latum esto vnam. 20, & vnam.21.
Supra genu latitudo ducatur vnius.15.
Per genu medium vnius.17.
Infra genu similiter.17.vnius.
Per imam suram exteriorem vnius.16.
Per imam suram interiorem vnius.18.
Per imam tibiam vnius.35.
Per conuexum pedem & talum vnius.30.
Calcis extremitas, id est,digiti occupẽt spacium vnius.18.
Brachium verò secundum hanc rationem sub alis quidem dilatabis in vnam.22.
Supra nexum cubiti vnam.29.
Infra eundem per cubitum vnam.22.
Per iuncturam manus vnam.36.
Sed manus ipsa lata esto vnam.20.
Postremò auersam huiusmodi effigiem intra alas latam facies vnam.6.
Podicis rima longa sit vna.9.
Calcaneus vnius.34. latitudinem obtineat.
Atque ita institutam imaginem formabis omnibus in partibus suis conuenienti delineatione. Exemplum etiã nostrum subiecimus.



C I



C I



Syncipput vbi eſt capilli diſcretio.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Naſus.
Mentum.
Summæ ſcapulæ.
Iuguli.
Alæ.
Mammæ.
Infra mammas.
Lumbi vbi incingunt.
Vmbilicus.
Summum femur ſiue coxa.
Ima aluus.
Summa pubes.
Ima pubes.
Extremæ nates.
Supra genu.
Medium genu.
Infra genu.
Imum ſuræ exterioris.
Imum ſuræ interioris.
Conuexus pes.
Ima tibia.
Planta.

C I



C I

SEquitur commensuratio corporis virilis, cuius longitudinis totius caput sit nona pars. Eius similis ratio tradetur atque sumus in superioribus secuti. Nam huiusmodi imaginem ita per partes suas metieris, primúmque longitudinis.


A syncipite summo vsque ad imum mẽtum altitudo esto vnius. 9.
Hinc sursum versum vsque ad frontẽ vnius 10. Atque hæc ipsa altitudo erit verticis quoque. In hancq; item. 10. faciem distribues secundum supra ostensam rationem.
A syncipite vsque ad summas scapulas altitudo esto vnius. 15, & vnius. 16.
Atque item inde vsque ad iugula vnius. 6.
A iugulis ad vsque summum pectus vnius. 28.
Infra alas vnius. 14.
Ad mammas vnius. 12.
Infra mammas duarum. 19.
Ad lumbos vbi incingimur vnius. 6.
Hinc verò vsque ad vmbilicum vnius. 26.
Ad sinus coxarum vnius. 22.
Ad summum femur siue coxas vnius. 9.
Ad extremum ventrem vnius. 8.
Ad pubem vnius. 7.
Ad extremas nates vnius. 6.
Ab extremis natibus vsq; ad fœminum sulcos vnius. 11.
A planta vsque ad conuexitatem summam pedis vnius. 23.
Atque item inde vsque ad talum vnius. 35.
Ab imo talo ad medium genu vnius. 4.
A medio genu vsque supra ipsum exterius vnius. 20.
A medio genu vsque supra ipsum interius vnius. 30.
A medio genu vsque infra ipsum exterius vnius. 80.
A medio genu vsque infra ipsum interius vnius. 40.
Itémque à medio genu vsque ad imam suram exteriorem vnius. 10.
Itémque illinc vsque ad imam suram interiorem vnius. 9.
Calcis verò longitudo sit duarum. 13.
Post hæc brachij longitudinem notabis sic vt ea ducatur ab humero vsque ad cubiti nexum duarum. 11.
A nexu cubiti vsque ad extremos digitos vnius. 4.
Ab extremis digitis retro ad iuncturam manus vnius. 10.
Designata autem partium altitudine latitudinem quoque notabis. Primúmque obliquæ imaginis hoc modo.
Caput per frontem latum esto vnam. 12.
Per supercilia vnam. 9.
Per nasum vnam. 10.
Per gulam & mentum ducito duas. 23.
Per collum sub mento vnam. 18.
Per summas scapulas vnam. 17.
Per iugula vnam. 12.
Per summum pectus vnam. 8.
Iuxta alas vnam. 15. & vnam. 16.
Per mammas vnam. 8.
Infra mammas vnam. 16, & vnam. 17.
Per lumbos vbi incingimur vnam. 18, & 19.
Per vmbilicum vnam. 18, & vnam. 20.
Per sinus coxarum vnam. 18, & vnam. 19.
Per coxas siue summum femur vnam. 15, & vnam. 16.
Per extremum ventrem & nates vnam. 8.
Per pubem vnam. 16, & vnam. 17.
Ipsum femur sub natibus vnius. 10. habeat latitudinem.
Atque inferius per sulcum vnius. 11.
Supra genu exterius latitudo sit vnius. 15.
Supra genu interius duarum. 31.
Per medium genu vnius. 18.
Infra genu exterius vnius. 19.
Infra genu interius vnius. 18.
Per mediam suram vnius. 15.
Per imam suram exterius vnius. 16.
Interius vnius. 18.
Imæ tibiæ vnius. 28.
Per montem pedis vnius. 24.
Sequitur descriptio brachij obliquæ imaginis.
Per humeros brachium latum acito vnam. 15.
Sub alis vnam. 20.
Per nexum cubiti vnam. 26.
Supra illum vnam. 25.
Per manus iuncturam vnam. 48.
Ipsa palma dilatetur in vnam. 38.
Sed aduersæ imaginis latitudines sic notabis.
Per frontem vnius. 11.
Paulóque inferius vnius. 10.
Per supercilia vnius. 11.

Per aures vnius.18,& vnius.19.
Per nasum vnius.12.
Per collum sub mento vnius.18.
Per summas scapulas vnius.16.
Per iugula vnius.6.
Sub quibus ossa humeri inter se distabunt duabus.13.
Per pectus & humeros latitudo esto duarum.9.
Intra alas vnius.7.
Intra mammas vnius.9.
Per lumbos vbi incingimur vnius.7.
Per vmbilicum vnius.12,& duarum.25.
Per sinus coxarum vnius.12,& vnius.13.
Per summa femora seu coxas vnius.10,& vnius.12.
Atque ibidem designentur coxendices distantes inter se vna.15,& vna.16.
Femur sub natibus habebit latitudinẽ vnius 12.
Idémque per sulcum fœminis vnius.14.
Supra genu exterius latitudo erit vnius. 18.
Interius vnius.19.
Medium genu vnius.21.
Infra genu exterius vnius item.21.
Interius vnius.20.
Per mediam suram vnius.17.
Per imam suram exterius vnius.19.
Interius vnius.21.
Per imam tibiam vbi est coactissima vnius. 42.
Per talos vnius.33.
Per digitos pedis, id est, extremam calcem vnius.19.
His adiungatur latitudo brachij aduersæ imaginis.
Erit igitur illud sub alis latum vnam.26.
Supra nexum cubiti vnam.31.
Infra illum per cubitum vnam.22.
Per iuncturam manus vnam.38.
Per palmam vna ducetur.19.

Postremò effigiem auersam intra alas in vnam.6.dilatabis. Ipsum calcaneũ in vnam.35.Rimæ autem podicis erit vna.11.Atque his spatiis,ita vt ostensum est, pũctis numerísq; designatis formam consequenter imaginis propositæ congrua delineatione exprimes. Cuius rei exemplum subiecimus notatum litera D.

Quod si fortè caput huius effigiei maiusculum & altiusculum facere collibitum tibi fuerit,licet sumas totius longitudinis à vertice vel quo rectius vt hoc in argumento loquar, à syncipite vsque ad plantam, partem octauam, & secundum illam caput à mento sursum eminẽtiusculum facias, reliquis omnibus immutatis. Sic autẽ fiet vt verticis locus ea in altitudine inueniatur qua erat prioris capitis synciput. Conueniétque in obliqua effigie frontem supra supercilia prominentiusculam describere. Atque hoc modo erit huius corporis tota lõgitudo ferè octuplex caput. Quod & ipsum subiectis exemplis declaratur.

Hec sunt fac. 10.





Syncipur.
Frons.
Supercilia.

Nasus.
Mentum.
Summæ scapulæ.

Iugula.
Summum pectus

Alæ.
Mammæ.
Infra mammas.

Lumbi vbi incingimur.
Vmbilicus.
Sinus coxarum.

Summum femur siue coxa.
Ima aluus.
Pubes.
Extremæ nates.


Sulcus fœminis.

Supra genu exterius.
Supra genu interius.
Medium genu.

Infra genu exterius.
Infra genu interius.
Imum suræ exterioris.
Imum suræ interioris.

D

Mons pedis.
Ima tibia.
Planta.



D

HVic virili corpori addatur conueniens muliebre, cuius & ipsius altitudinis sit caput pars nona. Quam per partes ita metieris.


A Syncipite summo vsque ad imum mentum longitudo esto vnius. 9.
Ab imò mento sursum versum vsque ad summam frontem vnius. 10.
Ab hac 10. tria illa æqualia spatia pro ore siue facie petes, vt sæpe ostensum est.
A syncipite vsque ad summas scapulas esto altitudo vnius 15, & vnius. 16.
Ab eodem vsque ad iugula vnius. 6.
Atque ab his vsque ad pectus vnius. 30.
Sed vsque infra alas vnius. 16.
Ad mammas vnius. 11.
Infra mammas vnius. 9.
Ad lumbos vbi incingunt duarum. 11.
Illinc verò vsque ad vmbilicum vnius. 26.
Vsque ad summum femur siue coxam vnius. 10.
Ad imam aluum duarum. 17.
Ad pubis initium vnius. 7.
Ad imam pubem vnius 12, & vnius. 13.
Ad extremas nates vnius 11, & vnius 12.
Inde verò vsque ad medium femur vnius. 12.
A planta vsque ad montem pedis vnius. 42
Atque inde vsque in medium genu vnius. 4.
E medio genu vsque supra illud vnius. 26.
E medio genu vsque infra illud vnius, 30.
Ad imum suræ exterioris vnius. 11.
Ad imum suræ interioris vnius. 9.
Calcis verò ipsius longitudo esto vnius. 7.
Brachij verò longitudo à summo humero ad nexum vsque cubiti erit duarum. 11.
E nexu cubiti vsque ad extremos digitos vnius. 4.
Hinc verò retro vsque in iuncturam manus vnius. 11.
Imaginem verò obliquæ formæ ita per sua membra dilatabis.
Caput per frontem habeat latitudinem vnius. 12.
Per supercilia vnius. 10.
Per nasum vnius. 11.
Gula & mentum vnius. 13.
Collum sub mento vnius. 21.
Summæ scapulæ vnius. 19.
Iuguli vnius. 14.
Pectus vnius. 10.
Iuxta alas spatium sit duarum. 19.
Per papillas vnius 18, & vnius. 19.
Infra mammas duarum. 19.
Per lumbos vbi incingunt duarum. 21.
Per vmbilicum vnius. 9.
Per summum femur siue coxam vnius. 7.
Per imam aluum perque nates vnius 14, & vnius. 16.
Per femur sub natibus vnius. 10.
Per medium femur duarum. 21.
Supra genu vnius. 15.
Per medium genu vnius. 18.
Infra genu vnius. 19.
Per mediam suram vnius. 16.
Per imam suram interiorem vnius. 19.
Per imam tibiam vnius. 28.
Per montem pedis & talum vnius. 26.
Hísque adiicies brachij quoque obliqui latitudines illúdque facies per humerum latum vnam. 18.
Sub alis vnam. 20.
Per nexum cubiti vnam. 39.
Infra eundem per cubitum vnam. 26.
Per iuncturam manus vnam. 49.
Palma autem occupabit vnam. 40.
Sed aduersam effigiem sic facies.
Summam frontem latam vna. 11.
Mediam vna. 10.
Per supercilia vna. 11.
Per aures vna. 10.
Per nasum vna. 13.
Per collum sub mento vna. 21.
Per summas scapulas vna. 19.
Per iugula duabus. 13.
Sub hoc loco ossa humeri notabis inter se distantia vna. 7.
Per pectus vna. 5.
Intra alas vna. 8.
Intra papillas vna. 11.
Infra mammas vna 15, & vna 16.
Per lumbos vbi incingunt vna. 8.
Per vmbilicum vna 11, & vna 12.
Per summum femur siue coxam vna 10, & duabus. 21.

Atque ibidem designentur coxendices distantes inter se vna 15,& vna 16.
Per imam aluum vna 10,& duabus.21.
Per femur sub natibus duabus.21.
Per medium femur duabus.25.
Supra genu vna.17.
Per medium genu vna.19.
Infra genu vna.20.
Per mediam suram vna.17.
Per imum suræ interioris vna.20.
Per imam tibiam vna.39.
Per montem pedis & talos vna.31.
Calcis per extremos digitos latitudo esto vnius.20.
His accedat & consimile brachium.
Sub alis quidem latum vnam.26.
Supra nexum cubiti vnam.33.
Infra illum per cubitum vnam.23.
Per manus iuncturam vnam.40.
Palma autem lata erit vnam.22.
Cæterum auersum corpus intra alas latum facies vna.7.
Rimam vero podicis vnius.10.
Calcaneus autem patescet vna.37.

Atque ita omnibus membris notabis formam describes conuenientem vt sæpe monuimus & in subiecto exemplo cernere est à nobis factitatum, quod quidem signetur litera D.i.

Iam si lubet caput grandiusculum huiusmodi corpori imponere, in proxima ante hanc effigie demonstratam rationem sequere.

fau. ii.



Synciput vbi cr i-
nes discernun-
tur.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Summæ scapulæ.
Iuguli.
Summum pectus.

Alæ.
Papillæ.
Infra mammas.

Lumbi vbi incin-
gunt.
Vmbilicus.

Summum femur
siue coxa.
Ima aluus.
Initium pubis.
Ima pubes.
Extremæ nates.

Medium femur.

Supra genu.


Medium genu.

Infra genu.

Imum suræ exte-
rius.
Imum suræ inte-
rius.

D I

Mons pedis.
Imum tali.
Planta.



D I

37


VNam adhuc proponam gracilem & productioris staturæ effigiem cuius longitudinis sit caput vna. 10.


Virile autem corpus prius facere docebo, illius altitudo talis erit.
A Syncipite vsque ad imum mentum esto vna. 10.
Inde verò sursum versum vsque ad summam frontem vna. 11.
In hoc spatium oris siue faciei forma inscribetur.
A syncipite vsque ad summas scapulas duæ. 17.
Ad iugula vna 13, & vna. 14.
Vsque ad humeros vna. 6.
Ab humeris vsque ad summum pectus vna. 25.
Sub alas vna. 17.
Ad mammas vna. 13.
Infra mammas duæ. 21.
Ad lumbos vbi præcingimur duæ. 13.
Hinc verò vsque ad vmbilicum vna. 30.
Vsque ad sinus coxarum vna. 21.
Ad summum femur ceu coxam vna. 8.
Ad pudenda vna 14, & vna. 15.
Ad extremum scrotum duæ. 13.
Ad extremas nates duæ. 11.
Hinc verò vsque ad sulcum fœminis vna. 11.
Inter extremas nates & plantam medium genu impones.
A planta sursum versum ad imum talum vna esto. 35.
Inde etiam vsque ad montem pedis vna. 26
A medio genu supra genu vna. 30.
Infra verò vna. 40.
A medio item genu vsque ad imam suram exterius vna. 10.
Interius vna. 9.
Calcis ipsius longitudo erit vnius. 7.
Brachij autem longitudines deinceps ita metieris.
Ab humeri nexu vsque ad cubiti nexum duas facies. 11.
Longitudinem quæ est à nexu dupliciter notabis. Vel enim facies à nexu totam vsque ad extremos digitos quæ sit 4. vnius, & ab extremis digitis retro vsque ad iuncturam manus vnam duces 11. Vel à nexu vsque ad extremos digitos duces 11. tres, & ab extremis digitis retro vsque ad iuncturam manus duas. 21.
Post hæc latitudines quoque primúmque effigiei obliquæ notabis iuxta puncta altitudinis tali via.
Per frontem latitudo esto vnius. 13.
Per supercilia vnius. 11.
Per nasum & tempora vnius. 11.
Per buccam & ceruicem vnius. 13.
Per mentum & gulam vnius. 14.
Per collum sub mento vnius. 22.
Per summas scapulas vnius. 20.
Per iugula vnius. 13.
Per summos humeros vnius. 11.
Per summum pectus duarum. 17.
Iuxta alas vnius. 8.
Per mammas vnius similiter. 8.
Infra mammas duarum. 17.
Per lumbos vbi præcingimur vnius. 11.
Per vmbilicum vnius itidem. 11.
Per sinus coxarum vnius. 10.
Per summum femur vnius 17, & vnius. 18.
Per pudenda vnius. 9.
Ipsum sub natibus femur addensatur in vnam. 11.
Femur medium, id est sulcus in vnam. 12.
Supra genu esto latitudo vnius. 17.
Per medium genu vnius. 19.
Infra genu vnius. 20.
Per mediam suram vnius 32, & vnius. 34.
Per imam suram exteriorem vnius. 17.
Per imam suram interiorem vnius. 19.
Supra montem pedis vnius. 32.
Per summum montem vnius. 29.
Per eundem medium, id est infra talum vnius. 23.
Brachium autem obliquum hanc mensuram habebit.
Per humerum vnius. 17.
Sub alis vnius. 21.
Per nexum cubiti vnius. 30.
Infra illum vnius. 28.
Per iuncturam manus vnius. 50.
Ipsa palma erit, vnius. 42.
Sequitur latitudo aduersæ imaginis. Eam latam facies.
Per frontem vna. 14.

Per summa tempora vna. 12.
Per supercilia vna. 13.
Per aures vna. 12.
Per nasum vna. 15.
Per collum sub mento vna. 22.
Per summas scapulas vna. 20.
Per humeros vna 12, & vna. 13.
Ibidémque infra notabuntur ossa humerorum distantia inter se vna 12, & vna. 13.
Per pectus & humeros tribus 18, & vna. 19.
Intra alas vna. 7.
Intra mammas vna. 10.
Infra mammas duabus. 13.
Per lumbos vbi incingimur duabus. 15.
Per vmbilicum vna 13, & duabus. 27.
Per sinus coxarum vna 13, & vna. 14.
Per summum femur vna. 6.
In hoc spatio distabunt coxendices inter se duabus. 15.
Femur sub natibus latum esto vna. 13.
Per sulcum fœminis vna. 16.
Supra genu latitudo sit vnius. 20.
Per medium genu vnius. 22.
Infra genu vnius. 23.
Per mediam suram vnius. 19.
Per imam suram interius vnius. 23.
Per tibiam vnius. 45.
Per talos vnius. 35.
Infra talos vnius. 46.
Latitudo calcis per extremos digitos vnius. 21.
Brachium vero aduersum sub alis latum facies vna. 28.
Supra nexum cubiti vna. 34.
Infra hunc per cubitum vna. 24.
Per iuncturam manus vna. 42.
Palma lata esto vnam. 22.
Auersa autem imago intra alas lata esto vnam 12, & vnam. 13.
Podicis rima occupet spatium vnius. 11.
Calcaneum pandes vna. 37.

Atque ita dispositis omnibus partibus, delinationibus congruis has imagines effinges vt nos in exemplis studuisse facere cernere potes.

Cæterum si fortè libuerit huius corporis grandiusculum caput efficere sumes partem vnam 9, eiúsque punctum inferius facies esse menti, & superius synciput, ita altitudo capitis aliquantulum excrescet, Quam consequetur quoque vt par est maiuscula latitudo. reliqua autem facies in demonstrata forma remanebit. Quod nos & ipsum in exemplis expresſimus. verùm tum non magis erit staturæ huius corporis caput vnius 10, sed ferme vnius 9. Esto huius imaginis nota. E.





Synciput.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Imum mentum.
Summæ scapulæ.
Iuguli.
Humeri.
Pectus.
Alæ.
Mammæ.
Infra mammas.

Lumbi vbi incingimur.
Vmbilicus.
Sinus coxarum.


Summum femur
Pudenda.
Imum scrotum.
Extremæ nates.

Sulcus seminis.

Supra genu.
Medium genu.
Infra genu.
Ima sura exterius.
Ima sura interius.

E

Mons pedis.
Ima tibia.
Planta.



E

Consequenter exponam commensurationem muliebris corporis conuenientis descriptæ imagini virili. Illius igitur altitudo erit talis.

A syncipite vbi crines discernunt vsque ad imum mentum vnius. 10.
Hinc verò vsque ad summum frontem vnius. 12.
Inque hanc 12, facies vel positus totius oris distribuetur, vt sæpe est ostensum.
A syncipite vsque ad illud quasi palear sub mento vnius 18, & vnius. 19.
Ad summas scapulas vnius. 8.
Ad iugula duarum. 13.
Ad humeros vnius. 6.
Ad humeros ad summum pectus vnius. 22.
Infra alas vnius. 16.
Ad papillas vnius. 11.
Infra mammas vnius. 9.
Ad lumbos vbi incingunt duarum. 11.
Hinc verò ad vmbilicum vnius. 40.
Ad summum femur vnius. 10.
Ad imum aluum duæ ducantur. 17.
Ad pubis initium vna 13, & vna. 14.
Ad imam pubem vna 12, & vna. 13.
Ad extremas nates vna 11, & vna. 12.
Hinc verò vsque ad medium femur vna. 12
A planta vsque sursum ad medium genu duæ sunto. 7.
Vsque ad imum talum vna, 38.
A medio genu vsque ad montem pedis vna. 4.
Vsque ad imam suram interius vna. 9.
Exterius vna. 10.
Infra genu, vna. 30.
A medio itẽ genu vsque supra illud vna. 30.
Longitudo autem calcis vnius 14, & vnius. 15.
Brachij autem longitudo hæc erit.
Ab humero vsque ad nexum cubiti duæ ponantur. 11.
A nexu cubiti vsque ad extremos digitos vna. 4.
Hinc verò retro ad iuncturam vna. 11.

Atque ita disposita altitudine membrorum & vbique notata locis suis, ipsa latitudinis quoque spatia signabis. Ac obliquæ primum imaginis.


Per frontem igitur esto latitudo vnius. 13.
Per supercilia vnius. 11.
Per nasum & supercilia vnius. 12.
Per gulam & mentum vnius. 14.
Collum sub mento facies latum vnam. 24.
Per summas scapulas vna erit. 22.
Per iugula vna. 17.
Per summos humeros vna. 13.
Per pectus vna. 10.
Per papillas vna 19, & vna. 21.
Infra mammas vna 20, & vna. 21.
Per lumbos vbi incingunt vna. 11.
Per vmbilicum vna. 10.
Per summum femur seu coxam vna 14, & vna. 15.
Per imum aluum vna 15, & vna. 16.
Per pubem summam & nates vna 16, & vna. 17.
Femur sub natibus vna. 10.
Atque ibidem inferius per sulcum duæ. 23.
Supra genu vna. 17.
Per medium genu vna. 19.
Infra genu vna. 20.
Per mediam suram vna. 17.
Per imam suram exterius vna. 18.
Per imam suram interius vna. 19.
Per imam tibiam vna. 32.
Per conuexum pedem & talos vna. 27.
Sed brachium tale erit. Per humerum vnius 19. latitudine.
Sub alis vnius. 23.
Per nexum cubiti vnius. 34.
Supra illum vnius. 30.
Per iuncturam manus vnius. 60.
Palma quidem dilatabitur in vnam. 45.


Sequuntur latitudines aduersæ imaginis.

Per frontem esto vna. 13.
Per summa tempora vna. 13.
Per supercilia vna. 13.
Per aures vna. 12.
Per nasum vna. 16.
Collum sub mento latum esto vnam. 25.
Per summas scapulas ducatur latitudo vnius. 22.
Per iugula duarum. 17.
Per summos humeros vnius. 7.
Ibidémque prope imponentur ossa humeri distantia inter se duabus. 15.

Sed per pectus & humeros ducantur duæ. 11.
Intra alas vna 9.
Intra papillas vna. 12.
Infra mammas vna. 8.
Per lumbos vbi incingunt vna similiter. 8.
Per vmbilicum duæ. 13.
Per summum femur duæ. 11.
Ibidémque prope distabunt coxendices inter sese vna. 8.
Per imam aluum duæ erunt. 11.
Per femur sub natibus vna. 12.
Per fœminis sulcum duæ. 27.
Supra genu vna. 19.
Per medium genu vna. 22.
Infra genu tantundem.
Per mediam suram vna. 19.
Per imam suram exterius vna. 21.
Interius vna. 23.
Per imam tibiam vna. 48.
Per montem pedis & talos vna. 43.
Inferius autem vna. 46.
Ipsius calcis per extremos digitos latitudo esto vnius. 22.
Ad hanc autem imaginem pertinens brachium latum erit sub alis vna. 28.
Supra nexum cubiti vna. 34.
Infra hunc vna. 26.
Per manus iuncturam vna. 46.
Palma autem deducetur in vnam. 24.
Auersæ verò imaginis latitudo intra alas erit duarum. 15.
Rima podicis vnius. 10.
Calcaneus vnius. 40.

Tum verò vt sæpe dictum est formam his notationibus: circum inque scribes conuenientem vnicuique faciei, obliquæ, aduersæ, auersæ. Quod si grandiusculum facere volueris huius corporis caput, ita facies vt in virili corpore docuimus, & nostrum exemplum quod subiecimus indicat. Estóque huius imaginis nota E. I.


EI
EI




Synciput vbi crines discernunt.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Sub mento.
Summæ scapulæ.
Humeri.
Iuguli.
Pectus.
Alæ.
Papillæ.
Infra mammas.

Lumbi vbi in cingunt.
Vmbilicus.

Summum femur seu coxa.
Ima aluus.
Initium pubis.
Ima pubes.
Extremæ nates.

Supra genu.
Medium genu.
Infra genu.
Ima sura exterior.
Ima sura interior.

Mons pedis.
Ima tibia.
Planta.



Has præſcripta ratione depictas imagines in ſpina & aliorum membrorum compagibus,quomodo flectendæ ſint, & ſi legentibus hæc prius notum eſſe par erat, tamen quo illorum cognitioni omnia expeditiora eſſent quæ à nobis fuiſſent præcepta, in ſupra depictis exempli loco obliquis imaginibus per ſpinæ longitudinē & flexum, in poſteriore ſemper lati corporis quarta parte,notulis triãgulis deſignauimus. Similiter & in aduerſis imaginibus non nihil artuum circulis alicubi notatum cernes.

Quanquam autem ſupra imagines æquè longas omnes ſecundum vnam propoſitam regulam quo res minoris eſſet negotij,dimenſi ſumus. Si quo tamen in opere componendæ hę fuerint non eſt ignorandum graciliorum quarúmq; ſtaturas prolixiores eſſe debere.

Iam ſi viri fortè ac fœminæ imagines vnius, ſeu potius conuenientis modi conſtituendæ erunt. Linea quæ fœminæ longitudinem metiatur breuior eſſe debebit parte vna.18. quàm viri.Nã ſi hoc negligeretur maior viro fœmina appareret, propterea quod harũ nuda corpora carnoſiuſcula & habitiora, quàm virorum delineanda ſunt. Virilia verò quàm illa compactiora & ſolida magis minúſque carnea.

Hanc verò tam remotam ſupra depictarum imaginum rationem,à grandiſsima ad exiliſsimam eò perſcripſimus, vt vnicuiq; facultas ſuppeteret copioſè & variè prout collibuiſſet,aliquod inſtitutum opus tractare. Qua de re in ſequentibus à nobis verboſius diſputabitur.

Supra quidem(vt intellectum eſt)quatuor humanorum corporum diſcrimina deſignauimus. Nunc autem deinceps vnius partis,id eſt capitis, & primum quidem virilis compoſitionem & lineamenta diligentius & exactius perquiremus.Sequemur tamen ſuperiorem rationem. Tantummodo ad longiorem regulam, quàm in prædepictis imaginibus vſus ſum hanc deſcriptionem exigam,propterea quod minutiores partes indicandæ erunt, cui rei regulæ breuitas obſcuritatem allatura fuerat.

Propoſita igitur virilis capitis obliqua figura ex corporis totius longitudine partis.8. deſcribes vndique æquale quadrilaterum, id eſt quadratum. Quo conſtituto latus illud quod naſum ſpectet facies eſſe.a. poſterius.b. ſuperius.c.inferius.d. Quibus confectis capitis vniuerſas particulas per longitudinem dimetieris eáſque lineis paralelis tranſuerſis deſcribes,quibus ſingulis appones ſuas literarum notas,ita facilè totius capitis omnium partium menſurationem colliges, ſicut nos etiam in exemplis ſubiectis ob oculos poſuimus. Ratio autem talis inibitur.

Lineam tranſuerſam.e.duces à latere.d.remotam vna.10. ſicut faciendum ſupra quoq; in imagine virili longa ſpatiorum capitis ſui octo, oſtenſum eſt.Ea linea diuidet capillum & frontem.Sed verticem altiorem.facies vna.3.inter.c.e. poſtea diuides.e.d. duabus lineis. f.g.in tria æqualia ſpatia, atque harum ſuperior.f. ſupercilia tanget & ſummas aures. Inferior.g.imum naſum imáſque aures.Ibidémque occiput in collum deprimetur.Deinceps diuides.e.f.punctis duobus in æqualia tria ſpatia, & in puncto infimo duces lineam tranſuerſam.h.Ea linea tanget frontis initium ſuperciliis imminens, vnde frontis procurſus ad radicem vſque capilli rotundabitur.Deinceps diuides.f.g.punctis duobus in tria ſpatia ęqualia,quorum ſupremum abſcindes linea tranſuerſa.I.atque ita intra.f.I.oculus includetur,& oculi vterque angulus,id eſt interior & exterior in medio.f.I. porrigetur. Item.f.g. diuides punctis tribus in æqualia ſpatia quatuor,quorum infimũ abſcindes linea tranſuerſa.k. Hæc tanget ſuperius eminẽtiam narium:auricula etiam ima intra.k.g. comprehendetur.Deinceps diuides.g.d.linea tranſuerſa.l.in duo æqualia ſpacia.quæ quidem linea tãget ſummum mentum,ſicut imum.d.deinceps diuides.g.l.linea.m. per medium, quæ linea tranſibit buccam mediam.Cúmq;.g.m.fueris partitus in tria æqualia ſpatia, infimum occupabit labrum ſuperius,reliqua duo dabuntur illi,quæ ſub naſo cernitur, quaſi cannulæ. Cum autem fueris partitus.l.m.in duo æqualia ſpatia,vnum quod ſupra erit occupabit labrum inferius, alterum illam inter labrum & mentum quaſi conuallem,quam nympham dicunt. Atque ita habebis præcipuas partes capitis ſecundum altitudinem quæ ſupra quæque infra viſuntur notatas tranſuerſis lineis.Sequitur vt latitudinem denſitatémve, ſiue, vt noſtri loquuntur profunditatem capitis per ſuas partes oſtendam. Quod quidem per lineas perpendiculares faciemus.Profunditatem autem accipies,quicquid à priore parte,in qua naſus eſt retro deducitur.

Duo latera.a.b. diuides perpendicularibus lineis ſex.n.o.p.q.r.s. in ſeptẽ æqualia ſpacia. Linea. n. tanget pupulam oculorum & buccæ angulos. Sed interiorem angulum oculo-

rum vt nunc loquimur,id est temporibus proximum terminabis in medio.n.o.Hęc autem bifariam accipientur,id est vtroque versum,pro eo ac spectabit facies huc vel illuc.

Post hæc duces diagonion, id est obliquam lineam inde vbi angulum facit transuersa c. & perpendicularis. n. ad angulum quem facit.a.f.& notabis litera. t. postea duces aliam obliquam ex angulo item.c.n. ad angulum quem faciunt.a.g.apponésque notam.v. Per lineam quidem.n.t. frons curuabitur,per lineam vero.n.v. nasum figurabis. Iam qua transuersa.e.obliquam.n.t. secat describes supra frontem radicem capilli. Deinceps duces inter perpendiculares.a.n. intérque transuersas.d.g. vnam perpendicularem.x. quæ tanget labri superioris & menti extremitates. Deinceps diuides.n.x.intra transuersas.m.d. duabus perpendicularibus in tria æqualia spatia, quarum linearum prior tanget inferioris labri extremitatem, posterior illam quam supra dicebam sub hoc labro quasi conuallem. Supercilia deduces propemodum ad.o.sic vt media extumescant paulisper vltra transuersam.f. Intra verò perpendiculares.q.r.& transuersas.f.g.comprehendes aurem totam.Imam tamen auriculam collocabis in spatij dimidiati priorem partem, quod est inter.q.r.&.k. g. verticem capitis pones intra.s.b.&.c. e. iuxta quidem huius spatij partem tertiam eam quæ erit proximé.s. & item tertiam proximam transuersam.e. In transuersa.g.intra.s. b. in huius spatij parte 4,proximé.s.caput in collum statues.His ita dispositis lineamenta obliqui capitis per istos linearum tanquam cancellos describes,sic vti summum caput tangat.c.inter.p. q. postremúmque.b.inter.h.f.sic quidem circumductum in hoc quadrilatero vsque ad collum, quod porrò & ipsum ad inferius latus perueniet.

Postea synciput à summo ad frontem deduces, & consequenter hanc & nasum & buccam figurabis. Extremus nasus tanget.a.inter.k. g. Hoc modo totum caput in quadratum illud inclusum singula eius latera attinget. Cæterum maxillam sursum versum retróque post aurem abduces,Et aures ac palpebras suis locis exprimes.Frontis autem totum ambitum subter radices capillorum & syncipút deduces per.e.intra.p.q.interius quidem ad mediam aurem vsque. At gulam de linea.d.deorsum,intra.o.p. describes sumpto initio spatij parte quarta proxima. o. collum autem si lubebit vel vnam 14, vel duas 27. latum facere poteris. Qui has res tractabis magna diligentia obseruato lineamentorum ductus, quod qui neglexerit cito aliqua deformitate opus vitiabit,& si linearum supra demonstratarum iuncturæ & cancelli non longè aberrari patiuntur.

Hac via obliqui capitis forma perquisita, sequitur vt aduersi eodem modo demonstremus, in quadrilaterum rectangulum & ipsum constituentes quod quidem erit altera parte sui longius æquè altum quidem sed minus latum.

Lineas transuersas secundum eam rationem quàm in obliqua facie secutus es, ordine produces per quadrilaterum propositum, ab. c. ad vsque. d. iuxta dispositas litterarum notas.

De his lineis animaduertes summas imásque faciei partes.Postea easdem perpendicularibus transcindes de quibus latitudo appareat.

Duas perpendiculares.a.b. Adiunges vtrinque transuersis propositis, quæ inter sese distent vna parte 10. Deinde hoc spatium diuides aliis perpendicularibus quatuor.c.d. e. f. æqualiter.In medio. d. e. constitues syncipút intra transuersas.c.e. Postea nasum sic inscribes vt narium eminentia attingat vtrinque.d.e. intra transuersas.k.g. Buccæ verò angulos adduces per transuersam. m. ad. d. e. intérque easdem & mentum figurabis. At oculos sic collocabis vt quatuor suis angulis pertingant ad.c.d.e.f.intra transuersas.f.I.

Post hæc diuides perpendiculares.a.c.&.f.b.duabus aliis perpendicularibus.g.h.per medium.has duas lineas tāgent vtrinque summæ genæ,per transuersam.k. Cæterum supercilia desinent vtrinque inter.g.c.&.f.h.sub transuersa. f. Præterea diuides.a.g.&.h. b. per medium duabus. Item perpendicularibus. i. k. Atque his separabitur quasi apertum æquor frontis à radice capillorum vtrinque inter transuersas.e.f. Porrò tempora has vtrinque lineas transcendent sic vt dimidium aurium contegatur & subducatur conspectui, intra transuersas.f.g. At aures afformabis vtrásque inter.a.i. &.k.b.& transuersas.k.g.ita vt supra excedant perpendiculares.a.b.infra tendant ad perpendiculares.i.k.


His omnibus perfectis lineamenta addes sic vt vbi summum caput transuersam c tangat intra perpendiculares.d. e. inde vtrinque rotundetur.a. b. versus perpendiculares, & transuersam.h.indéque ad aures iuxta transuersam.f. vtrinque inter medias.a.i.&.k.b. Deinceps patentem frontem nec non maxillas duces per.g. h. perpendiculares & transuer-

ſam.m. ac mento concludes.Itémque ab.m. tranſuerſa collum deduces ad infimam tranſuerſam.d.& latum facies vna 1 5,vel paulo plus.Mox faciem,oculorum,naſi, buccæ menti & aliarum partium expreſsione congruenter inſignies.

Poſtremo peruenies ad tertium quadrilaterum rectangulum,inque illo deſcribes auerſum caput. Quod ſecundum deſcriptionem & ambitum linearum capitis aduerſi exprimes,& verticem conſtitues loco ſuo quaque infra parte caput rotundatur ibi aptè & compoſitè in ceruicem collocabis.

Caput verò iſta quam præſcripſimus, ratione effictum,proiecturus ſic vt illius partium omnium circumductus & fines ac ſuperficies per tranſuerſas lineas appareant, veluti ſi caput cuius picturam demonſtraui è cera fortè fictum, per aliquam tranſuerſarum linearum quæ indicatæ ſunt,amputaretur,iam qualis huius amputationis planicies futura eſſet, ſciretur, quod quidem verbo ſibi vſitato pictores hodie in fundamentum deprimi vocant.Hoc igitur aggreſſurus triangulo te inſtrues vti docebo,per quem, quoniam id quod propoſitum, in aliud transferri mutatiue poterit ſeruata proportionis rectitudine, placuit transferentem nominare.Hunc ita parabis.triangulum cuius vnus rectus ſit angulus notabis, vt his numeris 1 2 3. Rectus autem omnino, vt dixit angulus vnus erit, vti vſus quoquo verſus eſſe poſsit,ſeu æqualia,ſiue inæqualia,longa vel breuia latera contineat. Huius trianguli latus vnum quodlibet,nihil enim refert,punctis diſcernes,vt verbi gratia,in præſentia, 4 5 6. Ex quibus æquè diſtantes lineas ad alterum trianguli latus deduces quibus ſimiliter & ipſum diuidatur, ex cuius diuiſionis nouis punctis duces alias æquè diſtantes in nondum diuiſum latus reliquum,quo facto & illius ſimiliter diuiſio facta erit.

Ex hoc ſchematæ multarum rerum diſcrimina proferre poteris,quod prius ſubiecimus delineatum, quam quomodo ad capitis depreſsionem quam diximus, accommodari poſſit,docere aggrederemur.




Schema transferentis.

Ad illam igitur depreſsionem ſicut vocamus, hunc transferentem, ſic accommodabis. Capitis tam obliqui quàm aduerſi ſupradicto modo confectas in ſuis quadrilateris formas propones, Tum ex quadrato obliqui capitis deduces lineas perpendiculares omnes. a.n.o. p.q.r.s. eo vſque deorſum quo vſus poſcet. Similiter ex quadrilatero aduerſi capitis deduces perpendiculares omnes.a.i.g.c.d.e.f.h.k. b. poſthæc per omnes hoc pacto protractas lineas infra capitum memoratorum formas, tranſuerſam rectam lineam æqualiter duces, Quo facto notabis qua parte hæc tranſuerſa linea ſecet perpendiculares.a.b.capitis aduerſi & iuxta lineam.a.ſcribes.1.iuxta.b.2.Deinde de nota.1.deorſum verſum metieris ſpatium

quantum aduersi capitis latitudo continet, ínq; fine illius spatij ascribes. 3. & 2. 3. obliqua, id est hypotenusa linea iunges, & triangulum quem ego transferentem nominaui absolueris. Post hæc animaduertes vbi obliqua linea. 2. 3. secet perpẽdiculares ex capitis aduersi figura protractas, æquè illius sectionis punctis transuersas æquè distãtes duces per eas perpendiculares quæ sunt protractæ ex capite obliquo. Quoque in loco transuersa linea. 2. 1. & linea. 3. transibunt perpendiculares duorum laterum obliqui capitis. a.b. illis appones priori in loco notas. 4. 5. posteriore verò. 6. 7. Hoc erit quadrilaterum oblongum, in qua comprehendetur capitis, quam dixi, depresio.

Qua confecta & notata numeris. 4. 5. 6. 7. adminiculo præparati trianguli, inductis lineis aduersi & obliqui capitis, iam de inclusis quadrangulis quæ in illo cernes, indicabitur, quo omnium capitis partium, quasi desecturæ cadant. Nam singula illa quadrangula minutiora suarum partium loca obtinebunt, veluti oculorum, nasi, buccæ, menti, auriũ, colli, & vt dicam semel, lineamẽtorum totius capitis. Subiecimus autem horum quoq; omnium exempla, capitis obliqui, aduersi, auersi, & depresi, vt nos loqui, diximus. Per quam vtile est hæc explorata & partium planas superficies, sic vt dixi, cognitas habere.

Cæterùm si cui magis libeat caput ita describere, vt longitudinis corporis totius sit pars septima, cum nos in hac depictione octauam fecerimus. Is conseruatis aliis omnibus partibus, caput primum obliquum ad illam saltem mensuram producet & dilatabit. Collum faciet latum duas. 27. Similiter & aduersum caput conuenienter distendetur vt spatium per frontem sit quasi duarum. 17. iuxta verò aures rursus contrahetur, quæ & ipse iam magis eminebunt. Item capillorum radices & frontis quasi campus longius aperietur, quæ omnia in subiectis exemplis licet studiosi harum rerum contemplentur. Sanè ignorãdum non est corporis cuius longitudinis totius caput vna sit. 7. exquisitam commensurationem, neutiquam esse contemnendam.



Qua verò ratione caput in fundamentum deprimi debere docui, eadem totam imaginem siue rectam siue aliquo in gestu deprimere poteris.

Nunc etiam palmam viri validi exactius per omnes suas particulas describam eámque ita vt supra posui facio longuam vna. 10. Lineas duas trãsuersas duces. c. d. & eas perpendiculari discludes, cuius vnius. 10. sit altitudo, & notę. a. b. Itémque altera perpendiculari mediocri spatio ab illa distanti. e. f. Tum a. b. diuides punctulis seu signis. 18. in æqualia spatia. 19. sed e. f. ita collocabitur vt mediam transeat palmam, tendens ab extremitate medij di-

giti vbi tangat.c.ad lineam.d.quæ manus cum cubito compagem,id est carpon, findat.Deinceps ex puncto .i.produces trāsuersam lineam.g. ea tanget extremum digitum, eum qui est minimo proximus.Græci vocant parameson.Deinceps scribes inter.1.2.medium punctum ex quo produces transuersam.h.ea tanget extremitatem indicis.Deinceps ex puncto 4.duces lineam transuersam. I.ea tanget extremitatem digiti minimi . Postremò duces ex puncto.7.transuersam.k.ea tanget extremitatem pollicis.

Posteaquam summitates digitorum notatas habueris , imas quoque illorum partes,& quasi radices,vnde è manu enascantur constitues,hoc modo. Ex puncto.11. duces lineam transuersam. l.ea transibit per imos articulos indicis & medij digiti, quorū positura in manu exæquata cernitur.Atq; ita fiet medius digitus longior,quam inferior reliqua pars tota manus.Vbi verò linea.l.perpēdicularem.e.f.secuerit,illic inscribes.m. & circini vnum brachium impones in punctum.f.alterum in.m.Indéque promouebis recta per manum à medio digito minimum versus, quatenus vsus indigebit, inque huius lineæ flexum inscribes imos articulos minimi digiti,& proximi huic,id est paramesi. Horum enim positura quàm priorum demissior est.Post hæc duces ex signo.14.lineam transuersam.n.quæ per inferiorem pollicis articulum curret.

Iámque emetitus manus digitorúmq; altitudines consequens erit,vt articulorum omnium situs ordines hoc modo.

Ex signo.10.lineam transuersam duces.o.quę pollicis articulum superiorem percurret. Deinceps inter.h.l.linea trāsuersa medium indicem diuides, ea transibit per eius medium articulum.Ab hoc quantū supra digiti est id punctis 6.distingues in æqualia spatia 7. Tum è puncto 3. transuersam duces lineam , ea transibit per summum articulum indicis. Linea verò trāsuersa p.ducta è puncto 6.transibit articulum medium digiti medij. Item spatium inter c.p.transuersas,distingues in partes 7.punctis 6.æqualiter, & lineam transuersam duces è puncto 3.ea transibit articulum summum medij digiti. Linea verò transuersa k. cernetur transire medium articulum paramesi.Inde quantum supra huius digiti est 8.punctis in 9.æqualia spatia distingues, & ex puncto 4. lineam transuersam duces ea transibit summum articulum digiti eiusdem.

Digiti minimi longitudinem vel relinques, ita vt secundum superiorem rationem cecidit,vel sanè facies eam quæ est à medio articulo digiti medij ad illius imum. Sed hāc longitudinem distingues punctis 10. inæqualia spatia 11. æquè puncto 6. transuersam duces, ea transibit medium articulum minimi digiti.Mox huius lōgitudinis spatium superiorum punctorum 6.de integro punctis 10.distingues in 11.æqualia spatia.Et ex puncto 6.duces transuersam ea per digiti minimi articulum summum transibit . Inter hæc fac animaduertas,qui numeri quæque mensuræ,assumātur è perpendiculari a.b. quæ've ex aliis minutioribus spatiis.

Vnguium altitudinem facies singulorum digitorum eam , quæ habeat dimidium eius spatij,quod à sui digiti extremitate est vsque ad primum,id est summum articulum.

Præterea aduertendum,ab vtraque medij digiti parte digitorū scissuram in manus media longitudine inueniri,sed eam quæ inter minimum & huic proximum est aliquanto inferius,hac etiam inferius eam quę est pollicis.

Vbi verò iam manus illiúsque partium altitudinem constitueris, latitudinem quoque deinceps perquires. Cęterum rationem quam supra in imaginum picturis sequēdam proposui,nempe vti primo loco figurę obliquę habitudo vestigaretur , eam hoc loco rei proprietate seruata tenere nō poteris. Itaque priore loco palmę explicatę quę obliquę statuere non est latitudines, per suas partes dispones hoc modo.Palmam per iuncturam vbi cum brachio committitur facies in transuersa d.latam septem 19.eius longitudinis , quę est in spatio a.b.Palmam verò per transuersam m.facies vndecim 19. huiusmodi partibus. Nam per pollicis articulum latissimi esse debebit . Cæterùm eam latitudinem manus quę sit ab extremo indice per lineam trāsuersam l.pérque imos digitorum articulos, eius cuius supra facta est mentio circinationis fragmentum versus,iuxta radicē minimi digiti,eam inquam latitudinem indicis longitudine metieris.Mediū digitum qui longissimus est,ima sui parte latum facies vna.5.parte proprię longitudinis.Summa verò sui parte,eam latitudinem coactiorem facies subducta vna 4.Indicem imum tam latum facies quàm mediū digitum feceras.Summum verò paulò cōtractiorem. Digitum minimum huicque proximū singulos latos facies imos vna 5.proprię longitudinis,sed ab hac latitudine detrahes summis vnā 4.


pollicem medium vna.3.suæ longitudinis dilatabis.

Digiti imi in manu ita infixi sunt vt singulorum radices in eorum latitudinum media penetrent, quod ipsum in exemplis paruulis circulis notatum expresſimus.

Conſiderandum, hoc loco nullum digitum in manu alteri ſimiliter & conformem inueniri, quòd cuiuis inquirenti facilè apparebit. Etiam hoc animaduertendum, palmæ totius non eſſe directam extenſionem: ſed iuxta minimum digitum hanc quaſi extrauagari.

His confectis etiam obliquæ manus latitudinem ſiue denſitatem exquires. Ea eſto per compaginem vbi cum brachio coniungitur lata quinque.19. longitudinis.a.b. Per pollicis imum articulum & tranſuerſam.n.dimidium duces eius latitudinis quam palmæ explicatæ eſſe debere ſupra demonſtrauimus. Tantum duces & iuxta volam per pulpulam. Sed quia illa parte manus in volam quaſi concauatur intus conuergentibus imis partibus pollicis & minimi digiti, fit vt obliquæ manus tanta denſitas non ſit atque apparet, & extremæ lineæ exprimunt. Per priorem articulum facies pollicem ita denſum vti ſpatium eſt minimi digiti à ſummo articulo ſurſum: ſed in faſtigio contrahes ſubducta ex hac denſitate vna.4. Rurſus qua ad inferiorem articulum tendit bene craſſulum facies digitorum omnium ea fermè erit obliqua latitudo, id eſt denſitas, quam oſtendimus in explicata palma. In articulis tantum alicubi hoc fallit.

Atque hoc modo notata manus longitudine, latitudine, & denſitate conſequēter formam illius in ſcriptis conuenienter lineis effinges, cuius rei exemplum à nobis ſubiectum vides. Quod ſi quis imitari volet, ei magna cenſeo diligentia allaborandum nequid deprauet, néve in linearum ductibus deliret. Quandoquidem has congruenter depingere non vulgaris opere neque ignauæ manus eſt.



Nunc deinceps pedem ſiue calcem hominis validi exactius & perquiſitius deſcribam vt de manu feci, ducta ſimiliter ratione ad longitudinem corporis cuius caput inueniatur vna.8.

Huius igitur vna.6. pedi dabitur, qui dilatabitur in vnam.17. Quod ſpatium in vnum quadrilaterum includito, quod pro rei natura oblongum ſit. Quod qua parte ſuperiore ſui erit longius ad eam aſcribes notam. a. ad huic reſpondentem inferiorem longiorem partem.b.laterum verò breuiorum prius hoc eſt dextrum qua digiti ſpectant, ſignato littera.c. poſterius iuxta calcaneum.d. In hoc quadrilaterum depingetur pes ſic, vti planus depreſſúſque poſitus omnia latera ipſius attingat. Huius autem quadrilateri longitudinem diuides primum inter.c.d.lineis duabus.e.f.in æqualia ſpatia tria, ita vti e.præponatur. Quo oco obſeruandum, quamuis literarum notæ promiſcuè poſitæ fuerint, tamen priores cenſeri ſemper, quarum nomina priora ſint prolata. Atque ita iſtis ſpatiis diſpoſitis, In primum inter.c.e.conſtitues digitos pedis, In medium inter.e.f.quicquid eſt pedis patentis inter digitos & talos vbi ſunt oſſa & nerui. In poſtremum inter.f.d. calcaneum & iuncturam cruris cum pede. Poſtea diuides lineam.d.punctis ſex.g.h.i.k.l. m. In ſeptem æqualia ſpatia, & ex puncto.g. rectam lineam duces ad lineam. c. vbique illa hanc attigerit ſcribes notam n. Vbi verò ſciderit perpendicularem.f.ſcribes.o. Poſtea diuides.l.m. per medium puncto. p.ex quo puncto ducetur parallelos ad perpendicularem.f.vbique eam attigerit, eo pones. q. Atque inde mox ad. k. obliquam lineam duces. Poſtea punctum. r. collocabis in medio latere.c. medium inter.a.b. ac mox.r.b. diuides duobus punctis.S. T. in æqualia tria ſpatia.

Poſtea diuides.b.e.punctis duobus.v.x.in tria æqualia ſpatia. Atque etiam diuides.e.f.lineis duabus.y.z.in æqualia tria ſpatia. Etiámque diuides.f.d.punctis duobus.ſt.ſi. in æqualia tria ſpatia. Mox vbi lineam. g. videris ſecantem lineam.e. ibi aſcribes notam.tʒ. Poſtea ex puncto.h.duces tranſuerſam lineam,ad lineam.f.Vbique attigerit aſcribes.a.i. Poſtea diuides.r. s.punctis duobus.1.2.in tria æqualia ſpatia. Diuides etiam.x.e. duobus punctis.1. 2. in tria æqualia ſpatia. Ac deinde diuides.ſi.d. punctis quatuor.1.2.3.4. in quinque æqualia ſpatia. Æquè puncto.3.lineam duces perpendicularem ad tranſuerſam.h.a.i. ibique appones notam.b.i. Hoc loco ſciendum, ſecundum hanc noſtram rationem breuiarum linearum notas omnes reperiri inſcriptas tranſuerſæ lineæ.a. Vnde deducantur & obliquæ aliquot, vna e.n.diagonios. Item vna.r.tʒ. Itémque vna à puncto.2.inter.r.s.ad punctum.y. Item vna.t.z. Itémque vna.b.o.& ipſa diagonios. Item vna.v.a.i Poſtea duces à puncto.ſt.rectam lineam ad obliquam.k.q. vbique attigerit, aſcribes.c.i. Poſtea circini pedem vnum infiges puncto. tʒ.attingente altero punctum.n. Hunc igitur in illo, vt dictum eſt,fixo in.tʒ. circumages deorſum verſum ad obliquam vſque lineam.r. tʒ. Atque ita etiam num retento fixo pede illo circini circumages vlterius ab obliqua. t. z. ad obliquam.b. o. Præterea eodem in loco fixo vno circini pede, paululum adduces alterum vt attingat punctum.2. in linea.b.intra. x. e. atque inde prorſus circumages vſque ad obliquam. b. o. Deinceps adhuc quidem illum vnum pedem circini infixum relinques puncto. tʒ. verùm paululum diduces circinum, vti pes alter tangat punctum.r.atque inde circumages deorſum verſum aduſque obliquam.t. z. Atque his curuis lineolis digiti pedis illorúmque extremitates notabuntur. Quorum quidem imi articuli,& cum pede iuncturæ ita diſponentur,punctum ſtatues in linea.e.medium inter obliquas.b.o.&.v.a.i. Ibidémque collocabis digiti pedis qui minimo eſt proximus imum articulum. Poſtea circini vnum pedem infiges puncto. tʒ. & alterum in iſtum iam factum punctum in linea.e. Et fixo illo pede in.z.circumages hunc ſurſum verſum vſque ad tranſuerſam.g.n.vbique illam circini circumactus pes attigerit, ibi locus erit articuli inferioris digiti pedis maximi. Mox in ſurſum verſum hoc modo ductam curuam lineam impones puncta duo media intra obliquas.S.y.T.z. h. o. Ibidémque collocabis articulos imos digiti medij in pede, & eius qui eſt proximus maximo. Quorum loca in exemplo indicata circulis oblongulis ſubiecta cernes. Minimi digiti imum articulum puncto notabis poſito ſuper linea.e.medio inter tranſuerſam.b.& obliquam.v.a. i. Maximi autem digiti in pede in quo articuli duo inſint priorem partem animaduertes eſſe longiuſculam. Digitos tres medios diuides per ſpatia, quæ ſunt intra ipſorum articulos, ita vt imum quodque reliqua duo æquet longitudine ſua. Cæterùm ſumma horum ſpatia excedent vna 4.media ſpatia,quod fit propter illā ſub vnguibus carnis quaſi excreſcētiam. Minimo digito iuxta imum articulum appones valentiuſculum callum, & illius extremitatem definies ad lineam. x. imam etiam partem huius facies quàm reliquas longiuſculam. Vngues ſingulos digitorum facies dimidio minus longos quàm eſt eius partis ſpatium, cui inſunt. Poſt hæc circini vnum pedem conſtitues in punctum. y. alterum verò paulò ſupra punctum imi articuli, digiti minimi ſuper linea. e. Atque ita hinc circumagens ſurſum verſum annotabis paruis lineolis,vbi pes in digitos findi incipiat.

Cæterùm retro aliquanto longius fiſſuræ formas, & quaſi excauationes abduces. Poſt hæc animaduertes lineam.f.attingere pedis ſupremam partem,vbi cruri agglutinatur, nūc montem vocant. Verùm ſectionis ſiue abſciſionis, id eſt, plani hac in parte figura,inferius excedet lineam.f.duabus.3.verſus lineam.z. Poſtremò diuides ſi.d.quatuor punctis,in tria æqualia ſpatia: Et ex puncto. 3. duces rectam lineam perpendiculariter, ea attinget poplitem iuxta calcem,quem Græci tenonta vocant.

Atque ita diſpoſitis tranſuerſis parallelis,perpendicularibus.Item obliquis,diagoniis & curuis lineis,quibus habitus ita proiecti in planum pedis deſcriberetur. Conſequenter exprimes figuram,tali quodammodo.

Digitum maximum ab linea. e. paululum ſupra lineam obliquam.e. n. extendes, ſicuti illius inferior articulus prominet. Mox inflectes paululum infra lineam obliquam.e.n. Ac rurſus,vti illius ſuperior articulus vtrinque prominet,reflectes ſurſum ad lineam.e.n.Inde recta produces illum,dum in prænotatam curuaturam includatur intra.n. r. Atque totum retroduces ſuper linea.r.tʒ.vſque eo vbi pes in digitos finditur.

Poſtea ſimiliter in præſcriptas ſuas digitos ſingulos curuaturas, intra productas obliquas lineas includes. Quo loco obſeruabis maximum digitum,non recta protendi in bene

compoſito pede, vt in quibuſdam inuenuſtis corporibus fit. Quod quo melius intelligeretur ſitus digitorum per illas obliquas lineas in exemplo deſcripſi, quibus digiti plus minúſue deprimerentur, pro eo ac venuſtas & ratio compagum exigeret. Itaque animaduertes inter maximum digitum, illíque proximum ſpatium relictum. Cum reliqui omnes ad minimum vergant, minimúſque in aduerſos nitatur, ſuper obliqua linea. v. a. i. Eum autem minimum digitum longum facies vna tertia parte lineæ. b. ducta menſura à puncto. e. vbi ſtat illius imus articulus.

Velim diligenter cognoſcas & contemplere ſingulorum digitorum facies inter ſe diſſimiles; articulorúmque tuberculos, & aliarum partium formas quas nominatim omnes dicere poſsit nemo. Quare ad exemplum, vbi & debuere & potuere exprimi, te dimitto. Poſthæc ab imò digito minimo retrouerſus pedis, quaſi exceſſum rotundabis ad angulum. b. y.

Pedis autem interiora lineamenta duces peculiariter, deflexa ad lineam. y. Intra tranſuerſas. a. &. n. g. & retro longè repanda ad lineam. f. intráque. f. o. reflexa, vſque ad calcaneum. Eúmque hinc incipies rotundare donec pertingat ad lineam. d. & punctum. h. Vnde porrò calcanei imparilem curuaturam deduces vſque ad obliquam. k. q. Et iuxta lineam. ſt. ſurſum verſus curuaturam inſcribes. Sed à puncto. q. perges formare pedem, dum ad illum, quem dixi, quaſi exceſſum perueniatur, qui ſecundum minimum eſt digitum, ad. y. b. Plantam ſeu veſtigium in exemplo animaduertes ſignatum certis quibuſdam punctulis. Iam pedis quaſi cæſuræ ibi vbi cum calce crus committitur, ſiue vbi pes conuexus fit, intra vtrumque talum, in linea. ſt. ſpatium erit vnius. 26. Infra verò talos vnius 31. Et illius quaſi, quam diximus, cæſuræ formam, produces vltra lineam. f. duabus. 3. verſus lineam. z. Talum etiam interiorem facies planiuſculum, exteriorem acutiuſculum. Itémque interiorem longiuſculæ diſtantem à calcaneo quàm exteriorem. Ita exiſtet illa intra talum interiorem & poplitem, iuxta calcaneum ſiue tenonta concauitas planior & longior, quàm ea quæ eſt inter hunc & exteriorem. Poſt hæc in pedem illum, quaſi ſingularem callum à linea. f. ad lineam. z. quo fiat aſpectu venuſtior, Illúmque etiam callum minimi digiti inſcribes, per lineam. y. retroducens vſque ad dimidiatum ſpatium quod eſt inter. y. &. z. Inter hæc diligenter dabis operam, ne detortis lineamentis ſpecies deprauetur.


His ita perfectis, ne illas quidem quaſi cæſuras, per. e. itémque per. f. quales in plano appareant, ſeorſim figuratas, proponere neglexi, quo melius noſtra tota hæc ratio perſpiceretur. Nam quo ego modo has duas præciſiones perſcripſi: Eò cæſuras omnium partium totius corporis veſtiges licet, quamcunque informam cadant ſeu rectam ſiue obliquam.

Nunc verò deinceps pedem iacentem in planicie, & quaſi preſſum extructurus, vt obliquæ effigiei fiat, ita facies. Locum notabis (vt à me factum videbis) in exemplo, ſupra ſpatio vnius 24. Ibi educes ex deſcripta forma ſecundum transferentem lineas. c. e. y. z. f. d. & alia, quæ huc pertinebunt, ordine ſimili & modo ſuperioris deſcriptionis. Has lineas perpendiculariter eductas, duabus tranſuerſis claudes: Ita ſpatium quadrilaterum altera parte ſui longius effeceris, longitudine quidem (vt dictum eſt) in ſuperioris pedis forma, altitudine verò vnius 24. Atque huic inſcribes hanc pedis extructionem. Poſtmodo latus. a. b. diuides duabus tranſuerſis. e. f. in ſpatia æqualia tria. Ita illæ perpendiculares lineæ, indicabunt tibi ſitus omnium partium pedis in longitudinem, vtpote digitorum extremitates, deinde articulos ac fiſſuras, mox vnguium poſitus. Poſtremò totius pedis faciem, quomodo (vt dixi) quaſi extruatur: Et illius cæſuram, vbi tibia ſiue crus in calcem defigitur. Verùm tranſuerſæ, altitudinem quæ eſt in hoc loco denſitatis, tibi demonſtrabunt hoc modo. Plantam ſiue veſtigium in lineam. b. planè colloca. Mox latus. c. intra tranſuerſas. f. b. diu de punctis duobus. 1. 2. in tria æqualia ſpatia. Poſtea perpendicularem. e. diuide in quatuor æqualia ſpatia, punctis tribus. 1. 2. 3. intra tranſuerſas. e. f. Præterea tranſuerſam ducito aliam intra tranſuerſas. a. e. & perpendiculares. z. d. Atque ita ſecundum has notas lineamenta pedis inſcribito, ordiens ab angulo. a. f. producere montem pedis vſque ad perpendicularem. e. in punctum. 3. Ab hinc illam inferioris articuli in maximo digito prominentiam, deflectes ad tranſuerſam. f. Ac inferius paulò iuxta punctum. i. terminabis maximum digitum. Sed inferiorem articulum in minimo digito illiúſque prominentiam ſurſum obduces in quartam partem ſpatij quod eſt inter. f. b. Cæterùm reliquos digitos dabis operam (vt decenter inſcribas) ita vt in ordine quiſque longior, denſitate quoque proximum ſibi excedat, ita fit vt minimi extremitas valde attenuanda ſit. Verùm huius circa inferiorem articulum ex-

cessum,& quasi euagationem retro sanè abduces vltra lineam,y. Iam illum alterum & singularem callum pedis, suprà quidem ad transuersam e,adduces : Infrà verò ad primum ex tribus spaciis designatis intra transuersas f,b. Qua verò digitos spectat, attingere debebit angulum transuersæ f,& recte z. Calcaneum autem versus, excedere rectam st,intra transuersam e,f. Post hæc calcaneum ita rotundabis vt in transuersa f, attingat perpẽdicularem d. Et suprà adduces ad angulum qui efficitur linea de puncto 3. decidẽte in transuersam e, intra s,d,in trãsuersa a. In deneruum tibię seu tenonta sursum educes. Talum exteriorem, id est,qui apparet,duces à puncto s,infra paulo lineam transuersam, eam quæ sit media intra transuersas a,e,& supra quidem pedis mõtem,ac talum latitudo siue densitas erit vnius 24. Tibiáque describetur sursum à perpendiculari f,vtrinque. Calcanei autem formam in pede,& sub talo produces prorsum deorsúmque à transuersa e.

Consequenter etiam auersi pedis descriptionem proponemus. Hic includetur & ipse in quadrilaterum congruum pedis altitudini siue densitati,itémque latitudini, secundum transferentem verò lineæ & puncta inducentur, quibus omnes pedis partes discernantur & declarentur. Sed in figuratione seruabitur situs diuersus talorum : interior enim erit elatior, exterior depresior. Latitudinem verò in monte per talos facies vnius 26. per lineam verò mediam intra transuersas a, e,vnius 31. Verùm tibiam supra talos diduces in vnam 34.

Simili ratione & aduersum pedem poteris exprimere. Quæ quidem omnia,ita vt à nobis præceptis sunt comprehensa, studuimus depicta quoque omnibus lineamẽtis suis subiicere oculis,cupiẽtium hæc cognoscere, quo præceptis quasi lumen quoddam inferretur. Quàntopere enim cognitionem exempla instruere possint,constat compertúmque est.



Explicata etiam pedis ratione,in sequẽtibus caput muliebre exactius quàm suprà describam. Ingrediar autem eam viam qua superius capitis virilis exquisitionem vestigaui.

Sicut igitur in imaginibus altum te facere alicubi iussimus muliebre caput vnam 8. Ita nunc quoque facies,inque hac exactione quantitatem accommodabis ad virilis capitis accuratum modum. Tota autem res ita peragetur.

Quadrilatera tria collocabis,transferentis vsus adminiculo: horum vnumquodque altitudinem habebit vnius 8. Primùm etiam similem latitudinem,sicque erit quadratum,reliquorum vtriusque latitudinem facies vnius 10. Quadratum dabitur obliquo capiti,è reliquis vnum aduerso,alterum auerso ascribetur. Bina verò latera literis insignies,dextrum quidem qua nasus ósque spectat literæ a, nota, sed sinistrum literæ b. Deinceps lineis perpendicularibus aliis,intra a,b,totam discernes capitis latitudinem,siue vt diximus profunditatem,omnium partium quas ab aspectu ordiens retróque quasi abiens,notabis. Eas singulas appositis notis insignies,mensurationis autem numeri, erunt particulæ è totius imaginis longitudine. Itaque primam lineam c,pones post a, spacio vnius 80. Quam attinget

pars ea supra frontem vbi capilli radices sunt, attingent etiam extrema supercilia, quæ supra nasum non debent coniungi. Eandem attinget & superius labrum. Deinceps aliam lineam pones d, vna ab a, 64. eam lineam extremæ palpebræ tangant. Item labrum inferius. itémque extremum mentum. Deinceps pones lineam aliam e, ab a, vna 56. Ad eam attinget illa supra palpebras quasi cõcauitas, & extremitas pupillæ. item narium intima eminentia. angulúsque etiam buccę, & ea quam diximus nympham. Deinceps pones aliam lineam f, vna ab a, 40. eam tangent oculorum anguli iuxta tempora. Deinceps lineam pones aliam g, vna ab a, 32. eam tangent intima supercilia iuxta tempora, & illi sub maxillis quasi recessus. Deinceps lineam pones aliam h, vna ab a, 22. eam tãget extremum collum. Deinceps pones aliam lineam i, vna ab a, 14. eam tanget enascens auris. Deinceps pones aliam lineam k, vna ab a, 11. ad quam extrema auris pertinget, sed ima auricula intra hanc & i, appendetur. Deinceps pones aliam lineam l, vna ab a, 9. eam tanget capitis vertex & commissio occipitij cum ceruice. Quam etiam hinc deorsum abduces. Postremo lineam m, pones ab a, duabus 17. hæc definiet mediæ ceruicis extremitatem.

Deductis autem perpendicularibus omnibus, & notatis partibus quæ quas attingere debeant, consequenter altitudinem, id est caput suprà ac infrà discernes, quod fiet lineis transuersis paralelis.

Quarum primam, quæ erit lateris superioris, facies n, ad eam summum caput attinget. vltimam, & lateris inferioris y, facies. Deinceps duces transuersam o, vna infra n, 80. eam tanget vertex. Deinceps duces transuersam p, vna ab n, 30. eam tanget supra frontem capillorum origo. Deinceps duces aliam lineam q, vna ab n, 16. eam summæ palpebræ tangent. Item summæ aures. ínque eadem supercilia iacebunt, in medio sui paulisper sursum excurrentia. deinceps aliam duces t, mediam intra q, y, eam tanget imus nasus, & incidet in eandem, cõmissura ceruicis cum occipitio. Deinceps aliam duces r, qua desecabitur suprema pars 3. æqualiter diuisi spatij quod est intra q, t, eam tangent palpebræ siue genæ inferiores. Sed angulum oculi vtrunque, itémque pupillam in medio cõstitues, intra q, r. Deinceps lineam aliam duces s, qua desecabitur infima pars 4. æqualiter diuisi spacij intra q, t, eam tangent summæ eminentiæ ille narium, & ima auricula. Deinceps diuide t, y, linea x, per medium, eam attinget summum mentum. deinceps diuides t, x, linea v, per medium, quæ transibit per buccam mediam. Deinceps diuides t, v, in tria æqualia spacia, in quorum infimum pones labrum superius. uerum aliis duobus inscribes illam sub naso quam diximus quasi cannulam, à Græcis philtrum dici inuenio, Itidem v, x, diuides in partes duas, quarum superiori labrum includes inferius, inferiori dictam nympham illam intra labrũ & mentum valliculam.

Post hæc obliquam duces diagonion ex angulo quem faciunt lineæ c, p, ad angulum a, y, quam intra quidem p, q, frons transcendet, nasus autem subter descendet intra q, t.

His ita confectis, proximè constitutum quadrilaterum aggrediere illud & ipsum insignies transuersis lineis iudicio transferẽtis, & duorum quidem laterum longiorum vnum litera notabis a, alterum litera b. Deinceps perpendiculares inscribes nouem, quibus totum illud spacium intra a, b, diuides in decem æqualia spacia, hæc & ipsa totidem literarum notis discernentur, nempe, d, e, f, g, h, i, k, l, m. Deinceps diuides a, d, & m, b, aliis duabus lineis c. n. vtrasque per medium.

Atque ita omnibus dispositis & designatis partibus faciei, in pręparata quadrilatera formam consequenter exprimes, sed tenuioribus lineamentis & quasi mollioribus minúsque validis quàm fuere virilium imaginum. Primum obliquum caput ita deduces, vti summũ attingat lineam transuersam n, iuxta perpendicularem l, vtque occiput incumbat in latus b, intra p, q. Tum deinceps inscribes, synciput, frontem, nasum, buccam, mentum, genas, aures, oculos, patentem frontem, singula suis ante notatis sedibus collum autem addensabis in vnam 14.


Mox effinges etiam aduersum caput. sic vti summum mediam lineam n, radat. tempora autem descendant ad a, b, latera, quibus vtrinque applicentur intra p, q, postea deducetur maxillarum rotundatio à perpendicularibus c, n. Sub transuersa r, dum in mento coeat. Ambæ aures exprimantur intra a, c, & n, b, & transuersas q, s. Sed imæ auriculæ decliuiusculæ hinc vltra c, illinc vltra n, porrigantur. Tum deinceps collum ab auribus deducatur, ad

inferius vſque latus y, ibidémque latitudinem habeat vnius 15. Poſtea aperiatur frons vtrinque intra perpendiculares a, c, & n, b, & tranſuerſas p,q. Radices autem capillorum deſcribantur ex angulo h,p, vtrinque ſurſum in medio p,o, tranſuerſarum Oculi ſic imponantur vt angulos definiant lineæ e,g, & i,l. Supercilia in f,k, tranſcendant media tranſuerſam q, & vtrinque iuxta tempora deſinant intra perpendiculares d,e, & l,m. Deinceps naſus inſcribatur, ſed narium eminentes vtrinque quaſi tubuli, cohibeantur à perpendicularibus g,i, hinc & illinc, ad quas quidem anguli buccæ penitus attingent.

Poſt hæc, ínque illud, quod reſtat quadrilaterum, ſimile iſti in quo aduerſum eſt caput effictum, impones capitis auerſi figuram, & formationem. Atque ita tandem ad illam proiectionem in planum, & ſuperficies ſingularum altitudinis partium exquirendas accedes, ea prorſus via quam ingrediendum tibi eſſe ſupra oſtendimus, in tractatione capitis virilis.

Atque hæc vniuerſa ea diligentia & attentione ſtudui in exemplis proponere, vt ſine ſcriptura quoque præceptionum facilè intelligi à modo non penitus ex cordibus poſſe confidam.

Cæterum in exaltando muliebri capite, ſequere quidem ſupra in virili oſtenſam rationem, ſed eam tamen moderabere, pro eo ac debent minus grandia apparere huius ſexus omnia.



His imaginibus vtriusque sexus adultorum corporum adiiciam & tenellæ, id est infantilis ætatis corpusculi descriptionem. Cuius ratio erit superiorum similis. Nam ad effigies tres, vt ante ostendi, ita etiam hoc loco proponendæ erũt longitudinis tres lineæ, quarum vna sit formæ obliquæ, altera aduersæ, auersæ tertia. His suprà infráque transuersæ duæ lineæ apponentur, quarum superioris nota esto a, inferioris z. Atque ita deinceps altitudines corpusculi transuersis lineis discernẽtur hoc modo Propositæ lineæ longitudinis cum spacium occupẽt corpusculi à summo capite ad imam plantam, vt summi capitis sit a, plantæ z, primum metiere à summo capite, quod syncipu t diximus, vnam 4. ibíque duces transuersam vnam b, hæc scindet imum collum à capite per iugula. Hoc spacium includes in quadratum quo caput cõprehendatur, quod placuit exactius per omnes suas partes describere priusquam ad alias mẽsurationes accederem. Esto autem huius quadrati latus rectum illud qua nasus spectat siue prius, itidem a, alterum siue posterius b. Exquires autẽ primum altitudines partium notatione transuersarum, vt de superioribus quoque imaginibus pręcepimus, ducésque vna ab a, transuersa 24. transuersam aliam, eam tanget summam extremámque frontem. Mox ab a, vna 16. ducetur transuersa c, ea transibit per capitis verticem. A qua vna 6. ducito aliam transuersam d, quæ tanget imum mẽtum & commissionem occipitij cum ceruice. Et ad hanc etiam extumescent summæ scapulæ. Nam ita fit de circumductione colli, cum illud curuis lineolis exprimendum sit. post hæc diuides d, b, punctis duobus in æqualia spacia tria, quorum infimum abscindes linea e, cui incumbet illud sub mento palearculum, atque ita vides huiusmodi corpusculorum colla breuissima describi. præterea diuides a, b, linea f, per medium. Huic insistent extremitates superciliorum, eandémque in medio sursum paululum transcẽdent, eadem attinget summas aures. Et in hac occipitium inclinabitur in latus b, præterea diuides f, d, linea g, per medium, eam attingent imæ nares & ima auricula. Præterea f, g, diuides lineis duabus h, i, in tria æqualia spacia, harum superior h, transibit oculi pupillam & ambos angulos. Totus autem oculus includetur intra transuersas f, i, ipsáque linea i, eminentes supra narium quasi tubulos tanget. Ima verò auricula compræhendetur intra i, g, postea diuides g, d, quatuor transuersis k, l, m, n, in quinque spacia æqualia, harum linearum k, tanget labrum superius l, transibit buccã. Tum l, m, per medium diuides, supráque impones labrum inferius, infrà vsque ad m, illa vallicula, id est nymphula inscribetur. Cæterum in linea l, occiput singulariter incuruabitur, quod in exemplo certius cognosces. Linea n, per medium vadet mentum vbi illud quasi cauulum cernitur. Itémque imas malas, & summum collum. Deinceps per trãsuersas has lineas perpendiculares ducentur indices partium omnium latitudinis, siue vt dixi, profunditatis, hoc modo. In medio laterum a, b, inscribes perpendicularem c. Ea transibit enascentem aurem, & insistet in medium trunculum corporis. Aliam deinde duces inter a, c, lineam d. Hæc descẽdet per extremitatem supercilij & tempusculum iuxta frontem, vsque eo dum collum incipiens designet.

Post hæc diuides a, d, quatuor lineis e, f, g, h, in quinque spacia æqualia. Linea e, tanget labrum superius, nasúmque vbi ille suprà depressulus cernitur. Linea f, tãget extrema supercilia nasíque eminentiam, malarum etiam lunulam iuxta bucculam, & illam supra mẽtum quam diximus nymphulam. Linea g, radet capillum supra frontem, itémque cauulum palpebrarum, item pupillam oculi, & imum intimúmque mentum. Linea h, tanget angulum oculi iuxta tẽpora. Sed alter medius erit intra g, f. Post hæc diuides a, e, linea i, per medium, ea tanget extremam frontem, hanc nasus paululum excedet. Post hæc diuides e, f, alia perpendiculari l, d, per medium, ea tanget extremitatem labri inferioris & menti. Post hæc constitues ab a, interuallo trium 20. lineam k, ea finietur auris, sed ima auricula describetur in altera parte spacij inter c, k, ea quæ quidem erit c, proxima. præterea pones ab a, interuallo vnius 5. lineam l. Hæc attinget ad imum occiput vbi illud cum quasi subsidente ceruice committitur. Ceruix autem finietur in medio spacio k, l, postremo diuides l, b, punctis tribus in æqualia spacia quatuor, quorum tertium designabit verticem. Atque ita notatis omnibus partibus capitis in constituto quadrato altitudinum & latitudinum, priusquam eas expressas, subiiciam reliquorum partium cõmensurationem huius staturæ imagunculæ itémque aduersæ auersǽque persequar.

Primùm infra b, vna 60. summi notentur humeri.
Sed ad summum pectus esto, vna 16.
Sub alam, vna 10.
Ad mammulas, vna 9.
Infra easdem, vna 7.
Ad lumbulos vbi incingimur, vna 5.
Hinc verò vsque ad vmbilicum 21.
Ad sinus coxarum, vna 14.
Ad summum femur, vna 15.
Ad imam aluum, vna 6.
Ad virgulam, vna 10, & vna 11.
Ad extremos testiculos, duæ 9.
Ad extremas nates, vna 4.

Atque hinc inferius vna 50. incipies femina corrugare. Nam ita est hæc ætas impariter fartula. Postea iterum supra genu corrugabis, à natibus, vna 18.
Intra femur summum seu coxam & plãtam medium genu inscribes.


A medio genu vsque ad imos talos interius esto, vna 36.
Itémque inde ad imam suram, vna 9.
A planta sursum, vna 20. esto locus summi montis in pede. Brachium autem sic describitur.
Ab humero vsque ad nexum cubiti ducantur duæ 11.
A nexu cubiti vsque ad extremos digitos, vna 4.
Hinc verò retro vsque ad iuncturam manus, vna 9.
Sequuntur notationes partium per latitudinem obliquæ imaginis, quæ sunt crassitiei.
Per humeros sunto, duæ 15.
Per summum pectus, vna esto 6.
Per mammulas, duæ 11.
Infra easdem, vna 11, & vna 12.
Per lumbos vbi incingimur, vna 6.
Per vmbilicum, duæ 11.
Per sinus coxarum. vna 10, & vna 11.
Per summum femur, vna 9, & vna 10.
Per imam aluum & nates, vna 5.
Per extremos testiculos, vna 6.
Ipsius femoris statim sub natibus densitas esto, vnius 7, & paulo inferius, vnius 14, & vnius 15.
Supra genu esto, vnius 8.
Per genu medium, vnius 10.
Infra genu, vnius 11.
Per mediam suram, vnius 10.
Per imam suram. vnius 12.
Supra montem pedis, vnius 16.
Calcis autem lõgitudo erit, vnius 13, & 14.
Sed obliqui brachij partes sic dilatabuntur.
Per humeros esto, vna 10.
Sub ala, vna 12.
Pet nexum cubiti, vna 16.
Per cubitum proximè nexum, vna 15.
Paulo vlterius, vna 18.
Paulo supra manum, vna 23.
Sed Palma addensabitur in vnam 21.

Atque ita omnibus partibus obliqui corporis notatis, transibis ad locũ aduersę imaginis, eóq; deduces ex obliquo corpore per transferentem omnes lineas longitudinis. Atque ita deinceps latitudines quoque scrutabere. Ac primum quidẽ in capite exactius vestigabis constituto hic quoque quadrilatero, quod iam tamen quadratum esse desinet, nam latitudo erit duarũ 9. atque ita aliquanto breuior quã longitudo. Huius quadrilateri altitudinis latera, id est recta, notẽtur literis a,b. Tum diuides perpendiculari linea c, per medium, quæ quidem transibit per syncipùt, nasum, buccam & mentum. Postea diuides a,c, & c,b, duabus lineis d,e, vtraque spatia per medium. Hæ duæ lineæ definient extrema supercilia iuxta tempora, itémque collum. Postea diuides d,e, duabus lineis f,g, in tria æqualia spacia. Huc attingent anguli oculorum iuxta nasum, eminentiæ extremæ narium. anguli buccæ. atque his etiam mentum definietur. Post hæc diuides a,d, lineis duabus h.i, in spacia ęqualia tria. Itémque e,b, lineis totidem k, l, in totidem æqualia spacia. Lineæ h,l, latitudinem faciei definient in transuersa h. Aures quidem sic inscribentur, vt summæ tendant vtrinque ad a,b. Imæ verò auriculæ vt decliues cadant intra h,l. Duæ perpendiculares i, k, tangent lunulas malarum, id est, quasi inflatas bucculas. Post hæc diuides a,h, itémq; l,b, vtrásque in quinque æqualia spacia punctis quatuor. Et vtrinque de duabus punctis proximis a, & b, perpendiculares duas deduces m. & n. Hæ latitudinem capitis definient intra transuersas c,f, frons autem aperietur vtrinque vltra h,l, intra c,f, transuersas. Supercilia vtrinque definent intra i,d, & e,k, infra transuersam f.


Atque ita disposita & in hoc quadrilatero omnium partium notatione, progrediere ad vestigandas latitudines reliquas huius corpusculi. Idque facies latum per humeros vna 4. Atque ibidem impones humeri ossa, distantia inter se duabus 9.

Per summũ pectus erit latitudo duarum 7.
Intra alas, vnius 5.
Intra mammulas, vnius 7.
Per lumbos vbi incingimur, vnius 5.
Per vmbilicum quatuor 17.
Per sinus coxarum tantundem.
Per coxam, vnius 15, & trium 16. Atq; ibidem distabunt coxendices inter se duabus 11.
Per imam aluum quatuor 15.
Iuxta extremos testiculos latitudo erit femoris, vnius 15, & vnius 16.
Per extremas nates, vnius 8.
Per sulcum feminis duarum 17.
Supra genu, vnius 19, & vnius 20.
Per genu medium, vnius 12.
Infra genu, vnius 13.
Per suram mediam, duarum 23.
Per imam suram, vnius 16.
Per tibiã supra mõticulum pedis, vnius 19.
Calcis autem per extremos digitos latitudo erit, duarum 27.
Brachium autem accommodabitur tale.
Sub ala latum, vnam 17.
Per nexum cubiti, vnam 16.
Infra illum, vnam 14.
Per iuncturam manus, vnam 20.
Palma autem lata esto, vna 13.

Huius autem modi corpusculi tota longitudo sit pars tertia longitudinis corporis materni. Quo sicut præscriptum est dimenso, consequenter forma conueniens exprimi debebit, obliquo, aduersóq;, atque etiam auerso. Quemadmodum non minus, quàm scriptura, atque etiam aliquanto euidentius subiectis exemplis ostendimus. Vbi & illi spinæ flexus & reliquorum artuum situs sunt indicati. Cæterum auersum corpusculum extremas lineas easdem habebit quas aduersum. Intra alas verò latitudo erit paulò diductior quam vnius 5.
Sed rima podicis obtinebit, vnam 9.
Calcaneus patescet, vna 22.



Synciput.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Palearculum sub mento.
Iuguli.
Summi humeri.
Summum pectus.
Alæ.
Mammillæ.
Infra mammillas.
Lumbi vbi incingimur.
Vmbilicus.
Sinus coxarum.
Summum femur seu coxa.
Ima aluus.
Virgula.
Extremi testiculi.
Extremæ nates.
Supra genu.
Medium genu.
Infra genu.
Ima sura.
Summus mons pedis.
Planta.



ALBERTI DVRERI DE SYMMETRIA LIBER SECVNDVS.

HIC ſecundus liber commenſurationum membrorum humani corporis continebit eandem quidem rem quam in ſuperiori tractauimus, ſed aliam viam oſtendet qua ad conuenientes magnitudines partium in humano corpore perueniatur. Erit autem hæc aliquanto exquiſitior, peragetúrque menſuraria perticula, & illius diſtinctionibus hoc modo.

Perticulam parabis cuius longitudo ſit pars tertia totius ſtaturæ cuius imaginem eſſe volueris. huius in præceptionibus noſtris ſignum vel notam fecimus talem. ——————————— ⸆

Hanc diſtingues in decem ſpacia æqualia. quorum quidem vnumquodque numerus dicatur & hoc ſigno notetur. ——————————— ȣ

Deinceps numerum quem dixi partiere in decem itidem ſpacia æqualia. Et horum ſane vnumquódque portio nominetur. habeátque tale ſignum. ——————— ⊥

Harum poſtremo portionum vnam diuides in æqualia ſpacia tria, quorũ vnumquodque appelletur fruſtulum & hoc ſigno intelligatur. ——————— ⁒

Hac autem via ſic incedes. Cum opus aggredi volueris, habebis ad manum aptam tabellam, in qua quaſi columnulas rectis lineis quinque duces, ita erunt columnularum quæ dixi ſpacia quatuor, illis ſingulis ſua ſigna aſcribes. Primo quidem perticulæ tale ⸆. Secundo numeri ita ȣ. Tertio portionis. ſic ⊥. Quarto fruſtuli hoc modo ⁒. Cúmque cœperis exquirere altitudines, latitudinéſque ac craſsities corporis, per omnes partes ſuas & membra ſingulis illis perſcriptis addes notis numerorum conuenientem menſurationem, inſcriptam ſuo ſpacio, in quodcunque illa inciderit, ſeu particulæ, ſiue numeri, ſiue portionis, ſiue fruſtuli. Si quod autem forte in ſpacium nihil ciciderit, notabis ita. o. progredieris autem in commenſurationibus ordine ſuperius demonſtrato. Lineáſque tres propones longitudinis totius ſtaturæ faciendæ imaginis. Quorum vna deſeruiat obliquo corpori, altera aduerſo, tertia auerſo. His ſuper ſummis appones ſubiiciéſque imis tranſuerſas duas protractas lineas. Poſtea definies omnes partes altitudinis in obliquo primum corpore tranſuerſis paralellis lineis, vnde produces & in aduerſum, quas res poſtulabit. nam altitudinis eſt ſimplex ratio.

Hæc vti ante quoque fecimus & faciemus vbique, exemplis ſubiectis declarauimus. in quibus cernes ſingulis obliquis corporibus adiectas in margine longitudinum ſiue altitudinum mẽſuras extractas de ſingulis tranſuerſis lineis indicibus, vt dictum eſt, illarum. Habebunt autem menſurę ſignationes vna quæque ſuas, ex illis quas memorauimus. perticulæ. numeri. portionis. fruſtuli. Similiter videbis & latitudinum ſiue craſsitudinis notata ſpacia. His igitur præmiſsis & explanatis pergam menſurarum rationem ſubiicere. precipiens vſurpato modo. ac primum altitudinis.

	perticula	numerus	portio	frustulū.
Eam facies à ſincipite adverticem	o	o	5	o
Ad frontem	o	1	6	o
Àd imum mentum	o	8	5	o
Ad iugula	1	o	6	o
Ad ſummas ſcapulas	1	1	6	o
Spatium quod intra ſummam frontem erit & imum mentum diuides lineis duabus in tria æqualia ſpacia, eorúmque ſupremo patentem frontem inſcribes medio naſum, infimo buccam & mentum.				
A ſummis ſcapulis vſq; ad pectus	o	2	3	o
Ad alam auerſam	o	4	o	o
Ad mammas	o	5	4	o
Infra eaſdem	o	6	9	o
Ad lumbos vbi precingimur	1	5	o	o
Hinc verò vſque ad vmbilicum	o	1	5	o
Ad ſinus coxarum	o	3	o	o
Ad ſummum femur ſeu coxam	o	6	7	o
Ad verenda	o	8	o	o
Ad extremum ſcrotum	1	o	6	o
Ad extremas nates	1	1	o	o
Ab extremis natibus ad ſulcum feminis	o	4	5	o
Supra genu	o	8	o	o
Ad medium genu	1	1	o	o
Hinc autem vſque infra genu	o	1	6	o
Ad imam ſuram exterius	o	6	o	o
Interius	o	7	2	o
Ad ſummum montem pedis	1	2	6	o
Ad imum talum exteriorem	1	4	o	o
Ad imam plantam	1	5	9	o
Sed calcis longitudo erit	1	o	3	o
Brachiū autem ita permetieris.				
Ab humero vſq; ad nexum cubiti	1	o	6	o
A nexu cubiti ad iuncturā manus	o	7	6	o
Atque hinc vſque ad extremos digitos	o	6	5	o

	perticula	numerus	portio	frustulū.
Verum latitudines ſiue denſitates obliqui corporis tales facies.				
Per verticem	o	5	o	o
Per frontem	o	7	o	o
Per ſupercilia	o	8	2	o
Per naſum	o	7	5	o
Per labrum	o	7	o	o
Per mentum & ceruicem	o	7	o	o
Vbi quidem colli craſsitudo erit	o	5	o	o
Per iugula	o	6	o	o
Per pectus	o	9	7	o
Iuxta alam	1	o	4	o
Per mammas	1	o	3	o
Infra eaſdem	o	9	7	o
Per lumbos vbi incingimur	o	8	6	o
Per vmbilicum	o	8	4	o
Per ſinus coxarum	o	9	5	o
Per femur ſummum ſeu coxam	1	o	4	o
Per verenda	o	9	6	o
Iuxta extremas nates craſsitudo eſto femoris	o	7	6	o
Proximè ſub natibus	o	7	3	o
Iuxta ſulcum feminis	o	7	5	o
Supra genu	o	5	7	o
Per medium genu	o	5	3	o
Infra genu	o	4	5	o
Per mediam ſuram	o	5	4	o
Per imam ſuram exterius	o	5	3	o
Per imam ſuram interius	o	4	5	o
Per imā tibiā vbi coactiſsima eſt	o	3	2	o
Per montem pedis	o	3	5	o
Per imum talum exteriorem	o	5	3	o
Sequuntur brachij obliqui latitudines.				
Hoc erit per humeros latum	o	5	5	o
Per muſculos humeri	o	4	7	o
Per nexum cubiti	o	3	5	o
Per cubitum	o	3	6	o

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Per iuncturam manus	0	2	1	0
Palma autem addensabitur in	0	2	3	0

Post hęc iuxta propositarum linearum seriem, quam seruire aduersæ imagini diximus, notabis latitudinum spacia hoc pacto.

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Caput per verticem habeat	0	5	5	0
Per frontem	0	7	2	0
Per tempora	0	7	8	0
Per supercilia	0	7	3	0
Per aures	0	8	0	0
Per nasum	0	6	0	0
Gulæ autem esto latitudo	0	4	3	0
Per imum mentum	0	6	6	0
Per iugula	1	4	3	0
Per humeros	1	5	8	0
Atque ibidem impones ossa humerorum distantia inter se	1	2	4	0
Per pectus	1	8	0	0
Intra alas	1	2	3	0
Intra mammas	0	8	2	0
Per lumbos vbi incinguntur	1	1	4	0
Per vmbilicum	1	2	7	0
Per sinus coxarum	1	2	8	0
Per summum femur siue coxam	1	4	6	0
Atque ibidem insigentur coxendices distantes inter se	1	0	5	0
Per pubem	1	4	5	0
Femur sub natibus	0	6	7	0
Per sulcum feminis	0	0	0	0
Supra genu	0	4	6	0
Per medium genu	0	4	4	0
Infra genu	0	4	0	0
Per mediam suram	0	5	0	0
Per imam suram exterius	0	4	6	0
Interius	0	3	9	0
Per imam tibiam	0	2	2	0
Per montem pedis & talos	0	2	7	0
Infra talos	0	2	4	0
Extremi digiti patescent	0	4	2	0

Sed brachium aduersum facies latum.

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Sub ala	0	3	5	0
Supra nexum cubiti	0	3	4	0
Infra eundem per cubitum	0	4	0	0
Per iuncturam manus	0	2	4	0
Palmæ autem erit latitudo	0	4	1	0


Atque ita omnibus partibus commẽsuratis conuenientem formã vtrique corpori inscribes, posteáque progressus ad tertiam lineam destinatam auersæ imagini, accommodabis illi extremas easdem lineas quam auersæ circumdedisti.


	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Sed intra alas latam facies	1	3	7	0


Atque tali in figura, id est auersa cũ sint demissiores alæ quam in auersa, ideo pones à summis.

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Humeris ad alas	0	5	0	0
Podicis autem rimæ dabitur	0	6	7	0
Calcaneus patescet	0	3	0	0

Quæ omnia subiecta exempla ob oculos ponent.


Summum syncipu.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Iuguli.
Summi humeri.
Pectus.
Alæ aduersæ.
Mammæ.
Infra mammas.
Lumbi vbi incin-
gimur.
Vmbilicus.
Sinus coxarum.
Summum femur
seu coxa.
Verenda.
Extremum scrotũ.
Extremæ nates.
Sulcus feminis.
Supra genu.
Medium genu.
Infra genu.
Imum suræ exterio-
ris.
Imum suræ interio-
ris.
Mons pedis.
Imum tali exterio-
ris.
Planta.





Huic corpori virili adiiciatur consimile muliebre, in quo dimetiendo superiorem modum tenebis: primúmque partes altitudinis notabis.

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
A summo sincipite vsque ad verticem capitis	o	o	8	o
Ad frontem	o	1	6	o
Ad imum mentum	o	8	3	o
Ad scapulas summas	o	9	o	o
Ad iugula	1	1	4	o

Sed spacium à summo fronte ad imum vsque mentum partiere in tres æquales partes lineis duabus: Supreme dabitur frõs proximè nasus, oculi, aures. Infimę bucca & mentum.

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
A summis iugulis ad humeros	o	o	6	o
Ad summum pectus	o	2	7	o
Ad alam aduersam	o	4	4	o
Ad alas auersas	o	4	8	o
Ad papillas	o	6	7	1
Infra mammas	o	8	2	o
Ad lumbos vbi incingunt	1	2	5	o
A lumbis verò vsque ad vmbilicum	o	1	6	o
Ad summum femur seu coxã	o	5	6	o
Ad imum aluum	o	7	2	o
Ad pubis initium vbi fit bifidum corpus	o	9	o	o
Ad imam pubem	o	9	5	o
Ad extremas nates	1	1	1	o
Ab extremis natibus vsque ad feminis sulcum	o	3	6	o
Hinc verò vsque supra genu	o	7	2	o
In medium genu	o	9	5	o
A medio genu vsque ad illius imũ	o	2	o	o
Ad imam suram exterius	o	6	4	o
Interius	o	8	2	o
Ad montem pedis	1	2	6	o
Ad imum talum exteriorem	1	3	6	o
Ad plantam	1	5	5	o
Calcis autem longitudo erit	1	o	o	o

Sed brachium facies longum

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Ab humero vsque ad nexũ cubiti	1	o	2	o
Ab eodem vsque in iuncturã manus	o	7	6	o
Manus autem obtineat	o	6	8	o

His apponantur mẽsuræ latitudinis obliqui corporis quæ est densitas. Hanc igitur facies.

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Per verticem	o	5	3	o
Per frontem	o	6	9	o
Per supercilia	o	8	1	o
Per nasum	o	7	o	o
Per labrum	o	6	5	o
Per mentum	o	6	o	o
Atque ibidem dabitur collo	o	4	o	o
Per summas scapulas	o	4	4	o
Per iugula	o	5	5	o
Per humeros	o	6	6	o
Per pectus	o	8	3	o
Per alam	o	9	2	o
Per papillas	o	9	o	o
Infra mammas	o	8	5	o
Per lumbos vbi incingunt	o	8	o	o
Per vmbilicum	o	9	3	o
Per summum femur seu coxam	1	2	o	o
Per imam aluum	1	1	o	o
Per pubis initium femúrque ac nates	1	4	o	o
Per imam pubem	1	o	3	o
Femoris autẽ iuxta extremas nates erit	o	8	5	o
Per sulcum feminis	o	7	8	o
Supra genu	o	6	4	o
Per medium genu	o	5	o	o
Infra genu	o	5	o	o
Per mediam suram	o	5	2	o
Per imam suram exterius	o	5	o	o
Interius	o	4	2	o
Per imam & coactissimam tibiam	o	3	1	o
Per montem pedis	o	3	1	o
Per imum talum exteriorem	o	5	7	o

Calcem autem muliebrem minus facies quam virilem crassulũ. Sed brachium obliquum ita adenseatur.

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Per humerum	0	5	3	0
Per musculos humeri	0	4	5	0
Per cubiti nexum	0	3	3	0
Infra eundem	0	3	7	0
Paulo etiam inferius	0	2	7	0
Per iuncturam manus	0	2	0	0
Palmæ autem mensura erit	0	2	4	0

Consequenter notabis & aduersi corporis latitudines.

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Per verticem esto	0	5	2	0
Per summam frontem	0	6	9	0
Per mediam & apertam frontem	0	7	5	0
Per supercilia	0	7	2	0
Per aures	0	8	0	0
Per nasum	0	5	6	0
Gulæ sub mento latitudo erit	0	4	0	0
Per summas scapulas	0	4	2	0
Per iugula	1	1	0	0
Per summos humeros	1	2	2	0
Ibidémque distabunt ossa humerorum inter sese	1	0	1	0
Per pectus & humeros	1	4	8	0
Intra alas	0	9	6	0
Intra papillas	0	7	2	0
Per lumbos vbi præcingunt	1	0	2	0
Per vmbilicum	1	3	7	0
Per summum femur seu coxam	1	5	2	0
Atque ibidem distabunt inter sese coxendices	1	1	1	0
Per imam aluum	1	5	4	0
Per pubis initium	1	5	6	0
Per imam pubem	0	7	6	0
Per extremas nates similiter	0	7	6	0
Per sulcum feminis	0	6	9	0
Supra genu	0	5	3	0
Per medium genu	0	4	5	0
Infra genu	0	4	5	0
Per mediam suram	0	5	0	0
Per imam suram exterius	0	4	5	0
Interius	0	3	8	0
Per montem pedis	0	2	5	0
Infra talos similiter	0	2	5	0
Calcis autem per extremos digitos latitudo erit	0	4	0	0


Brachij vero talis.

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Sub alis per musculos	0	3	4	0
Supra nexum cubiti	0	3	0	0
Infra eundem per cubitum	0	3	8	0
Per iuncturam manus	0	2	4	0
Palma autem patebit	0	3	9	0

His perfectis tum verò deinceps delineationibus cõgruis forma effingetur tam obliqui quem aduersi corporis. Auersum autem compræhẽdetur iisdem extremis lineis, quibus aduersum inclusum est. Alæ autẽ inferiores demissiores cum sint, supra est indicatum spacium intra has & humeros.

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Intra alas vero latitudo erit	1	2	0	0
Rima podicis	0	7	5	0
Calcaneus patescet	0	2	5	0

Quæ in exẽplis expressa summa diligentia oculis subiecimus.



Sinciput.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.

Mentum.
Summæ scapulæ.
Iuguli.
Summi humeri.
Pectus.
Alæ aduersæ.

Papillæ.
Infra mammas.

Lumbi vbi incingunt.
Vmbilicus.

Summum femur seu coxa.
Ima aluus.
Initium pubis.
Ima pubes.
Extremæ nates.


Sulcus feminis.


Supra genu.

Medium genu.
Infra genu.

Imum suræ exterioris.
Imum suræ interioris.

Mons pedis.
Imum tali exterioris.
Planta.





Sequitur alia commenſuratio virilis corporis modo ſupra oſtẽſo & ſeruato. Primúmque longitudines metiere.

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
A ſincipite vſque ad verticem faciés eſſe	0	1	0	0
Ad frontem	0	2	2	0
Ad imum mentum	0	8	6	0
Ad ſummas ſcapulas	0	9	2	0
Ad iugula	1	1	4	0

A ſumma fronte ad vſque imũ mentum fiẽt duabus lineis æqualia tria ſpacia, quorum vni inſcribetur frons, alteri, naſus, oculi, aures. Tertio bucca ac mẽtum, poſtea perges menſurare.

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
A ſummis iugulis ad humeros	0	0	6	0
Ad pectus	0	2	2	0
Ad alas aduerſas	0	4	0	0
Ad alas auerſas	0	5	0	0
Ad mammas	0	5	8	0
Infra eaſdem	0	7	0	0
Ad lumbos vbi incingimur	1	0	7	0
Hinc vero vſque in vmbilicum	0	2	2	0
Ad femur ſummum ſeu coxam	0	6	0	0
Ad verenda	0	7	7	0
Ad extremas nates	0	9	8	0
Hinc autem vſque ad ſulcum feminis	0	5	0	0
Supra genu	0	9	7	0
In medium genu	1	2	1	0
E medio genu vſque infra illud	0	1	9	0
Ad imam ſuram exterius	0	5	9	0
Interius	0	6	6	0
Ad montem pedis	1	3	3	0
Ad imum talum	1	4	3	0
Per manus iunc̃turam esto	0	1	7	0
Palmæ autem detur	0	2	8	0


Atque ita partium altitudinibus & latitudinibus designatis inscribetur conueniẽs obliquo aduersóque corpori suis in locis forma. Sed auersum includetur in extremas lineas aduersi.


	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Rima autem podicis obtinebit	0	6	2	0
Sed calcaneus patebit	0	1	9	0

Hoc similiter corpus expaſsis manibus propositum vt de virili diximus, in circuli lineam includere poteris sicut in exemplis fecimus.


Sinciput.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Summi humeri.
Iuguli.
Infra alas aduersas.
Papillæ.
Infra mammas.
Cinctus.
Vmbilicus.
Summum femur.
Pubis initium.
Ima pubes.
Extremæ nates.
Sulcus in femine.
Supra genu.
Medium genu.
Infra genu.
Ima sura exterius.
Interius.
Mons pedis.
Imus talus exterior.
Planta.







Iterum describam virile corpus qua ratione alia supra facienda ostendi. Cuius quidem sit commensuratio talis.

	perticula	numerus	portio	frustulũ
A sincipite ad verticem	o	1	o	o
Ad imum mentum	o	7	6	o
Ad summas scapulas	o	8	6	o
Ad summos humeros	1	o	6	o
Ad iugula	1	1	5	o

Tum quicquid erit intra summam frontem & imum mentum diuides in spacia æqualia tria lineis duabus. Supremo dabitur frõs, proximo oculi, nasus, aures, infimo bucca & mentum. Atque ita faciem vbique in imaginibus effingere rectum est, nos nõ vbique meminimus. Tu tamen ex vno transferre in omnia poteris.

	perticula	numerus	portio	frustulũ
A iugulis ad summum pectus	o	2	o	o
Infra alam	o	3	9	o
Infra alas auersas	o	4	2	o
Ad mammas	o	5	1	o
Infra has	o	6	1	o
Ad imum thoracem	o	7	1	o
Ad cinctum	o	9	2	o
Hinc vero in vmbilicum	o	2	9	o
Ad sinum coxæ	o	4	7	o
Ad summum femur	o	6	9	o
Ad imam aluum	o	7	9	o
Ad verenda	o	8	6	o
Ad extremas nates	1	1	5	o
Hinc autem ad sulcum feminis	o	4	4	o
Supra genu	o	9	1	1
In medium genu	1	1	o	o
E medio genu vsque infra ipsum	o	2	5	o
Ad imam suram exterius	o	6	4	o
Interius	o	7	2	o
Ad montem pedis	1	3	9	o
Ad talum imum exterius	1	4	7	o
Ad imam plantam	1	6	8	o
Longitudo autem calcis erit	o	9	5	o

	perticula	numerus	portio	frustulũ
Sed brachij talis. Ab humero vsque in nexum cubiti esto	1	o	4	o
E nexu vsque in iuncturam manus	o	8	3	o
E iunctura ad extremos digitos	o	6	6	o

His ita dispositis altitudinibus addes & latitudines primúmque obliquas ita.

	perticula	numerus	portio	frustulũ
Per verticem esto	o	5	6	o
Per supercilia	o	7	1	o
Per nasum	o	6	3	o
Per labrum superius	o	5	5	o
Per mentum & collum	o	5	2	o
Ibidémque collum obtinebit	o	3	9	o
Per summas scapulas similiter	o	3	9	o
Per summos humeros	o	4	5	o
Per iugula	o	5	6	o
Per pectus	o	7	3	o
Per alam	o	8	3	o
Per mammas	o	8	4	o
Infra has	o	7	9	o
Per imum thoracem	o	7	8	o
Per cinctum	o	7	o	o
Per vmbilicum	o	6	8	o
Per sinum coxæ	o	7	o	o
Per summum femur	o	7	6	o
Per imam aluum	o	7	2	1
Per verenda	o	7	3	o
Per femur iuxta extremas nates	o	5	8	o
Paulóque inferius	o	5	5	o
Per sulcum in femine	o	5	6	o
Supra genu	o	4	2	o
Per medium genu	o	4	o	o
Infra patellam	o	3	5	o
Per †altitudinem infra genu	o	4	o	o
Per mediam suram	o	4	2	o
Per imam suram exterius	o	3	9	o
Per imam suram interius	o	3	5	o
Per imam tibiam	o	2	4	o
Per montem pedis	o	2	8	o
Infra talos	o	3	8	o

† al. latitudinem.

Brachium autem obliquum sic fiet.

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Per humerum latum	0	5	0	0
Per alam à tergo	0	3	8	0
Per nexum cubiti	0	2	5	0
Infra eundem	0	2	6	0
Paulóque etiam inferius	0	2	0	0
Per iuncturam manus	0	1	4	0
Sed palma obtinebit	0	1	7	0

Latitudines autẽ aduersæ huiusmodi notabuntur.

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Per verticem esto	0	6	0	0
Per mediam frontem	0	6	6	0
Per supercilia	0	6	2	0
Per aures	0	6	8	0
Per nasum & buccas	0	5	2	0
Collo autem iuxta mẽtum detur	0	3	5	0
Per summas scapulas	0	4	0	0
Per summos humeros	1	0	7	0
Per iugula	1	3	4	0
Ibidémque ossa humerorum distabunt	1	0	8	0
Per pectus	1	5	2	0
Intra alas	1	0	4	0
Intra alas auersas	1	1	8	0
Infra mammas	1	0	9	0
Per cinctum	0	9	0	0
Per vmbilicum	1	3	0	0
Per sinum coxæ	1	0	7	0
Per summum femur	1	1	5	0
Ibidémque distabunt coxendices inter se	0	8	5	0
Per imam aluum	1	1	4	0
Per femur iuxta verenda	0	5	5	0
Per extremas nates	0	5	3	0
Per sulcum in femine	0	4	4	0
Supra genu	0	3	5	0
Per medium genu similiter	0	3	5	0
Infra genu	0	3	1	0
Per mediam suram	0	3	8	0
Per imam suram exterius	0	3	2	0
Interius	0	3	0	0
Per imam tibiam	0	1	7	0
Per talum & montem pedis	0	2	2	0
Infra talos per pedem	0	2	1	0
Calcis per extremos digitos latitudo esto	0	3	7	0

Brachium autem tale facies.


	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Per musculos humeri latum	0	2	6	0
Supra nexum cubiti	0	2	4	0
Infra eundem	0	3	0	0
Inferiúsque etiam	0	2	4	0
Per iuncturam manus	0	2	0	0
Palma autem obtineat	0	3	4	0

Post hæc forma apta locis suis virilium corporum hoc est obliqui aduersique describetur.


Sed auerso accommodabũtur extremæ lineæ aduersi. Et rima


	perticula	numerus	portio	frustulũ.
podicis tenebit	0	5	5	0
Calcaneúsque patescet	0	2	2	0


Hoc etiam corpus in circuli lineam includes, quæ extensas manus extremas itémque pedes radat, centro cõstituto in vmbilico, vt supra & in alijs ostendimus & expressimus quoque subiectis exemplis.



Sinciput.
Vertex.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Summæ scapulæ.
Summi humeri.
Iuguli.
Pectus.
Ala aduersa.
Mammæ.
Infra illas.
Imus thorax.
Cinctus.
Vmbilicus.
Sinus coxæ.
Summum femur.
Ima aluus.
Verenda.
Extremæ nates.
Sulcus in femine.
Supra genu.
Medium genu.
Infra genu.
Ima sura exterius.
Interius.
Mons pedis.
Talus imus exterior.
Planta.







Deſcribamus & muliebre congruæ ſtaturæ corpus. Eſto igitur altitudo à ſincipite.

	⫞ perticula	ε numerus	⊥ portio	∕. fruſtulũ.
Ad verticem	o	o	9	o
Ad frontem	o	1	8	o
Ad imum mentum	o	7	5	o
Ad ſummas ſcapulas	o	9	o	o
Ad iugula	1	1	o	o
Hinc vero ad ſummos humeros	o	o	5	o
Ad pectus	o	2	8	o
Ad alam aduerſam	o	3	7	o
Ad alam auerſam	o	4	6	o
Ad papillas	o	5	6	o
Infra mammas	o	7	2	o
In cinctum	1	1	8	o
E cinctu in vmbilicum	o	1	2	o
Ad ſummum femur	o	6	1	o
Ad imam aluum	o	7	o	o
Supra pubem	o	8	4	o
Ad pubis initium	o	9	5	o
Ad imam pubem	1	o	2	1
Ad extremas nates	1	1	1	o
Hinc ad ſulcum in femine	1	3	8	o
Supra genu	o	7	9	o
Medium in genu	1	o	o	o
E medio genu vſque infra illud	o	1	o	o
A d imam ſuram exterius	o	6	o	o
Ad imam ſuram interius	o	7	o	o
Ad montem pedis	1	3	1	o
Ad talum exteriorem	1	4	o	o
Ad imam plantam	1	6	1	o
Longitudo autem calcis erit	o	9	o	o

Brachij vero talis.

	⫞ perticula	ε numerus	⊥ portio	∕. fruſtulũ.
Ab humero ad cubiti nexum	1	o	o	o
A nexu in iuncturam manus	o	8	3	o
E iunctura ad extremos digitos eſto	o	5	8	o

Poſt hæc notabuntur denſitates & latitudines corporis. Denſitates iuxta primam lineam obliqui corporis ita.

	⫞ perticula	ε numerus	⊥ portio	∕. fruſtulũ.
Per verticem eſto	o	5	o	o
Per frontem	o	6	4	o
Per ſupercilia	o	7	3	o
Per naſum	o	6	4	o
Per ſuperius labrum	o	5	8	o
Per mentum & collum	o	5	6	o
Collum ibidem obtinebit	o	3	4	o
Per ſummos humeros	o	3	7	o
Per iugula	o	4	8	o
Iuxta oſſa humerorum	o	5	8	o
Per pectus	o	7	4	o
Iuxta alam	o	7	5	o
Per papillas	o	7	8	o
Infra mammas	o	7	2	o
Per cinctum	o	6	2	o
Per vmbilicum	o	7	2	o
Per ſummum femur	1	o	5	o
Per imam aluum	1	o	o	o
Supra pubem	o	9	2	o
Per pubis initium	o	8	7	o
Per imam pubem	o	8	2	o
Per femur iuxta extremas nates	o	7	o	o
Per ſulcum in femine	o	6	7	o
Supra genu	o	4	8	o
Per medium genu	o	4	o	o
Infra genu	o	3	8	o
Per mediam ſuram	o	4	4	o
Per imam ſuram exterius	o	4	1	o
Per imam ſuram interius	o	3	6	o
Per imam tibiam	o	2	5	o
Per montem pedis	o	2	6	o
Per imos talos & pedem	o	3	8	o

Brachium obliquum ita facies.

	⫞ perticula	ε numerus	⊥ portio	∕. fruſtulũ.
Per humerum denſum	o	4	4	o
Per muſculos	o	3	8	o
Per nexum cubiti	o	2	6	o
Infra eundem	o	2	7	o
Inferiúſque etiam	o	2	o	o
Per iuncturam manus	o	1	5	o
Sed palmæ dabitur	o	1	8	o

At latitudines iuxta alteram lineam aduerſi ita.

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Per verticem eſto	0	5	0	0
Per ſummam frontem	0	6	4	0
Per mediam frontem	0	6	5	0
Per ſupercilia	0	6	0	0
Per aures	0	6	5	0
Per naſum & buccas	0	5	0	0
Collo iuxta mentum dabitur	0	3	2	0
Per ſummas ſcapulas	0	5	6	0
Per iugula	1	0	6	0
Per oſſa humerorum	1	2	0	0
Ibidémque diſtabunt ipſa inter ſe	0	6	5	0
Per pectus & humeros	1	3	7	1
Intra alas	0	9	1	0
Intra alas à tergo	1	0	5	0
Intra papillas	0	6	8	0
Infra mammas	0	9	7	0
Per cinctum	0	8	8	0
Per vmbilicum	1	1	2	2
Per ſummum femur	1	3	0	0
Ibidémque coxendices diſtabunt	0	9	5	0
Per imam aluum	1	3	2	1
Supra pubem	1	3	5	0
Per pubis initium	1	3	4	0
Per femur iuxta imam pubem	0	6	6	1
Iuxta extremas nates	0	6	6	0
Per ſulcum in femine	0	5	6	0
Supra genu	0	4	2	0

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Per medium genu	0	3	8	1
Infra genu	0	3	7	0
Per mediam ſuram	0	4	3	0
Per imam ſuram exterius	0	3	9	0
Interius	0	3	4	0
Per montem pedis	0	1	7	0
Per imos talos & pedem	0	2	1	1
Sed per extremos digitos calcis latitudo erit	0	3	5	0


Tum brachium tale adiunges.

	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Per muſculos humeri latum	0	2	9	0
Supra nexum cubiti	0	2	4	0
Infra eundem	0	3	0	0
Atque etiam inferius	0	2	4	0
Per manus iuncturam eſto	0	1	8	0
Per palmam	0	3	0	0


Tum deinceps his ita perfectis forma muliebris vtriúſque corporis modi bellula & ſcitula deſcribetur. Déque auerſo facies vt ſæpe monuimus includens extremis lineis aduerſi.


	perticula	numerus	portio	frustulũ.
Podiciſque aſsignans rimæ	0	6	0	0
Et pandens calcaneum	0	2	0	0

Hoc corpus in circuli lineam cẽtro facto in vmbilico includes, vt aliquoties iam de aliis diximus, & in exẽplis noſtris cõſpicere eſt.


Sinciput.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Summæ scapulæ.
Summi humeri.
Ossa humerorum
Pectus.
Ala aduersa.
Papillæ.
Infra mammas.
Cinctus.
Vmbilicus.
Summum femur.
Ima aluus.
Supra pubem.
Initium pubis.
Ima pubis.
Extremæ nates.
Sulcus feminis.
Supra genu.
Medium genu.
Infra genu.
Ima sura exterius.
Interius.
Mons pedis.
Imus talus exterior.
Planta.








	perticula	numerus	portio	frustulū
Sequitur alterius muliebris corporis descriptio congruentis cum superius descripto virili. Eius igitur altitudines tales erunt.				
A sincipite ad verticem esto	0	0	7	0
Ad frontem	0	1	6	0
Ad imum mentum	0	6	4	0
Ad summas scapulas	0	8	7	0
Ad iugula	1	0	2	0
A fronte ad supercilia	0	2	2	0
Postea per medium vna transuersa linea diuides supercilia à mēto, ita descriptis duobus spaciis æqualibus superiori attribues nasum, oculos, aures. Altero buccam & mentum. Atque ita mensurare perges.				
A iugulis ad summos humeros	0	0	8	0
Ad ossa humerorum	0	1	5	0
Ad alam aduersam	0	4	7	0
Ad alam auersam	0	5	7	0
Ad papillas	0	6	5	0
Infra mammas	0	8	0	0
In cinctum	1	2	5	0
Inde vero in vmbilicum	0	1	6	0
Ad summum femur	0	6	5	0
Ad imam aluum	0	7	5	0
Ad pubis initium	0	8	7	0
Ad imam pubem	0	9	6	0
Ad extremas nates	1	0	8	0
Atque hinc vsque ad sulcū in femine	0	4	5	0
Supra genu	0	8	7	0
In medium genu	1	0	9	0
E medio genu vsque infra illud	0	1	5	0
Ad imam suram exterius	0	5	8	0
Ad imam suram interius	0	6	7	0
Ad montem pedis	1	3	0	0
Ad imum talum exteriorem	1	3	9	0
Ad imam plantam	1	5	6	0


	perticula	numerus	portio	frustulū
Sed calcis longitudo erit	0	9	0	0
Brachium autem huiusmodi				
Ab humero ad nexum cubiti esto	1	0	0	0
E nexu in iuncturam manus	0	8	3	0
E iunctura ad extremos digitos	0	5	8	0
Tum primum densitatem notabis in obliquo corpore talem.				
Per verticem esto	0	4	5	0
Per frontem	0	6	1	0
Per supercilia	0	7	2	0
Per nasum	0	6	0	0
Per superius labrum & ceruicem	0	5	7	0
Sed collum iuxta mentū habeat	0	3	2	0
Per summas scapulas	0	3	5	0
Per iugula	0	4	2	0
Per summos humeros	0	5	5	0
Per ossa humerorum	0	6	2	0
Per alam aduersam	0	7	7	0
Per papillas	0	7	5	0
Infra mammas	0	7	0	0
Per cinctum	0	6	1	0
Per vmbilicum	0	7	1	0
Per coxam	0	9	8	0
Per imam aluum	0	9	2	0
Per initium pubis	0	8	6	0
Per imam pubem	0	8	7	0
Iuxta nates extremas femori dabitur	0	7	3	0
Per sulcum in femine	0	6	0	0
Supra genu	0	4	3	0
Per medium genu	0	3	7	0
Infra genu	0	3	6	0
Per mediam suram	0	4	0	0
Per suram imam exterius	0	3	6	0
Interius	0	3	4	0
Per imam & coactissimam tibiam	0	2	3	0
Per montem pedis esto	0	2	5	0
Per imum talum exteriorem & pedem	0	3	7	0


	perticula	numerus	portio	frustulū.
Sequitur brachium id facies densum.				
Per humerum	0	4	4	0
Per musculos	0	3	7	0
Per nexum cubiti	0	2	4	0
Infra eundem	0	2	6	0
Per iuncturam manus	0	1	5	0
Manus ipsa obtinebit	0	1	8	0
Deinde latitudines aduersas ita notabis.				
Per verticem esto	0	4	9	0
Per summam frontem	0	6	3	0
Per mediam	0	6	5	0
Per supercilia	0	6	0	0
Per aures	0	6	5	0
Per nasum & buccas	0	4	8	0
Collum iuxta mentum habebit	0	3	3	0
Per summas scapulas	0	4	0	0
Per iugula	0	8	2	0
Per summos humeros	1	0	5	0
Per ossa humerorum	1	2	2	0
Intérque hæc spacium fiet	0	9	6	0
Intra alas	0	8	9	0
Intra alas auersas	0	9	9	0
Supravero per pectus & humeros esto	1	3	5	0
Intra papillas	0	6	4	0
Infra mammas	0	9	4	0
Per cinctum	0	8	4	0
Per vmbilicum	1	1	1	2
Per coxam	1	2	8	0
Ibidémque distabunt inter se coxendices	0	9	1	0
Per imam aluum esto	1	3	0	0
Per pubis initium	1	2	9	0

	perticula	numerus	portio	frustulū.
Iuxta imam pubem habeat femur	0	6	4	0
Iuxta extremas nates	0	6	3	0
Per sulcum in femine	0	5	3	0
Supra genu	0	4	0	0
Per medium genu	0	3	6	0
Infra genu	0	3	5	0
Per mediam suram	0	4	0	0
Per imam suram exterius	0	3	8	0
Per imam suram interius	0	3	4	0
Per imam & coactissimam tibiam	0	1	6	0
Per montem pedis	0	1	7	0
Infra talos per pedem	0	2	0	0
Sed per extremos digitos erit latitudo pedis	0	3	3	0
Brachij autem talis esto.				
Per musculos humeri	0	2	7	0
Supra nexum cubiti	0	2	3	0
Infra eundem	0	2	9	0
Inferiúsque etiam	0	2	3	0
Per iuncturam manus	0	1	6	0
Palmæ autem dabitur	0	3	0	0
Atque ita deinceps accommodabis præscriptis notationibus tenui ductu muliebrem effigiem locis suis obliqui aduersique corporis. Auersum autem habeat extremas lineas aduersi. Sed ibidē rima podicis	0	6	8	0
Calcaneus autem	0	1	9	0

Hoc item corpus in rotundationis lineā circini, quæ extremitates manuum pedúmque attingat includi poterit, vt & de aliis supra aliquoties dictum, & à nobis in exemplis expressum est.


Sinciput.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Summæ scapulæ.
Iugula.
Summi humeri.
Ossa humerorum.
Alæ.
Papillæ.
Infra mammas.
Cinctus.
Vmbilicus.
Sinus coxæ.
Ima aluus.
Pubis initium.
Ima pubes.
Extremæ nates.
Sulcus in femine.
Supra genu.
Medium genu.
Infra genu.
Ima sura exterius.
Interius.
Mons pedis.
Imus talus.
Planta.





In ſequentibus deſcribam effigiem *viri bene longa ſtatura &* gracilis quæ exemplo eſſe poſsit volenti longiuſculum corpus depingere. Huius igitur commenſuratio talis erit.

	perticula	numerus	portio	frustulũ
A ſincipite ad verticem eſto	0	0	7	0
Ad frontem	0	1	8	0
Ad imum mentum	0	7	0	0
Ad ſummas ſcapulas	0	8	0	0
Ad ſummos humeros	1	0	0	0
Ad iugula	1	0	9	0
Hinc vero ad ſummum pectus	0	1	9	0
Infra alam	0	3	3	0
Infra alam aduerſam	0	3	8	0
Ad mammas	0	4	4	0
Infra has	0	5	5	0
Ad imum thoracem	0	7	0	0
In cinctum	1	0	0	0
Hinc autem in vmbilicum	0	2	0	0
Ad ſinum coxæ	0	2	5	0
Ad ſummũ femur ſeu coxam	0	5	9	0
Ad verenda	0	7	5	0
Ad extremas nates	1	0	0	0
Atque hinc vero ad ſulcum feminis	0	4	5	0
Supra genu	0	9	1	1
Medium in genu	1	1	8	0
Sed hinc infra genu	0	1	6	0
Ad imam ſuram exterius	0	6	2	0
Interius	0	6	8	0
Ad montem pedis	1	4	8	0
Ad imum talum exteriorem	1	5	6	0
Ad imam plantam	1	7	3	0
Sed calcis longitudo erit	0	8	5	0

Brachij vero talis.

	perticula	numerus	portio	frustulũ
Ab humero ad cubiti nexum eſto	1	0	6	0
E nexu in manus iuncturam	0	8	5	0
E iunctura ad extremos digitos	0	5	4	0

His altitudinibus ita vt demõſtratum eſt notatis, deſignabũtur & obliqui corporis & aduerſi latitudines, primúmque obliqui.

	perticula	numerus	portio	frustulũ
Eſto per verticem	0	4	7	0
Per frontem	0	6	1	1
Per ſupercilia	0	6	7	0
Per naſum	0	5	8	0
Per labrum ſuperius	0	5	2	0
Sed collum iuxta mentum obtineat	0	3	4	0
Per ſummas ſcapulas	0	3	7	0
Per ſummos humeros	0	4	3	0
Per iugula	0	5	0	0
Per pectus	0	7	1	0
Iuxta alam	0	7	5	0
Per mammas	0	7	6	1
Infra has	0	7	1	0
Per imum thoracem	0	7	0	0
Per cinctum	0	5	8	0
Per vmbilicum	0	5	8	0
Per ſinum coxæ	0	6	0	0
Per coxam	0	7	7	0
Per verenda & clunes	0	7	0	0
Ibidémque femori dabitur	0	5	4	0
Per ſulcum feminis	0	5	2	0
Supra genu	0	3	8	0
Per medium genu	0	3	2	0
Infráque ipſum	0	3	0	0
Per mediam ſuram	0	3	6	0
Per imam ſuram exterius	0	3	4	0
Interius	0	3	0	0
Per imam tibiam	0	2	0	0
Per montem pedis	0	2	3	0
Per imum talum exteriorem & pedem	0	3	5	0

His addes & brachium huiuſmodi.

	perticula	numerus	portio	frustulũ
Per humerum eſto	0	4	0	0
Per muſculos	0	3	0	0
Per nexum cubiti	0	2	1	0
Infra hunc	0	2	2	0
Per manus iuncturam	0	1	2	0
Sed palma obtinebit	0	1	4	0

Aduerſas vero latitudines facito tales.

	perticula	numerus	portio	frustulũ
Per verticem eſto	0	4	4	0

	⚲ perticula.	ε numerus.	⊥ portio.	⁒ frustulũ.
Per frontem	0	5	5	0
Per ſupercilia	0	5	2	0
Per aures	0	5	8	0
Per naſum & buccas	0	4	3	0
Per collum iuxta mentum	0	3	1	0
Per ſummas ſcapulas	0	3	6	0
Per ſummos humeros	0	8	8	0
Per iugula	1	1	2	1
Atque ibidem diſtabunt oſſa humerorum	0	9	4	0
Per pectus & humeros eſto	1	3	2	0
Intra alas	0	9	0	0
Intra alas à tergo	1	4	0	0
Intra mammas	0	7	0	0
Infra has	0	9	6	0
Per imum thoracem tantum	0	9	0	0
Per cinctum	0	8	1	0
Per vmbilicum	0	9	1	0
Per ſinum coxæ	0	9	0	0
Per coxam	1	0	0	0
Ibidémque coxendices diſtabunt	0	7	5	0
Per verenda eſto	0	9	9	0
Per femur iuxta nates extremas	0	4	7	0
Per ſulcum feminis	0	3	7	0
Supra genu	0	2	8	0
Per medium genu	0	2	6	0
Infra ipſum	0	2	6	0
Per mediam ſuram	0	3	2	0
Per imam ſuram exterius	0	2	8	0
Interius	0	2	5	0
Per imam tibiam	0	1	2	0
Per montem pedis & talum	0	1	6	0

	⚲ perticula.	ε numerus.	⊥ portio.	⁒ frustulũ.
Infra talos per pedem	0	1	5	0
Sed calci per extremos digitos dabis	0	3	0	0


Brachium autem ſic fiet.

	⚲ perticula.	ε numerus.	⊥ portio.	⁒ frustulũ.
Per muſculos humeri latum	0	2	2	0
Infra nexum cubiti	0	2	5	0
Per iuncturam manus	0	1	4	0
Palma autem habebit	0	2	5	0


Atque ita conſequenter effigiem delineationibus cõgruis exprimes, triplicis corporis, vt ſæpe monuimus & nos fecimus ſubiectis exemplis. Auerſum etiam corpus aduerſi extremis lineis comprehendens, dabis.


	⚲ perticula.	ε numerus.	⊥ portio.	⁒ frustulũ.
Rimæ podicis	0	5	8	0
Calcaneo vero	0	1	6	0

In huiuſmodi commẽſurationibus animaduertent harum rerũ ſtudioſi, obliquas latitudines quæ ſunt denſitates, per totum corporis truncum minores eſſe aduerſis, ſed per totum pedem id eſt femur & crura maiores. Præterea ſciendum non magni negocij futurum ſi cui effigies deſcriptas libro priori numerorum partium menſuris, lubeat etiam hoc modo exquirere. Memineris & variationis capitis quam aliquoties expoſui, nam cum caput aliter fit tota effigies corporis diuerſa apparet.



Sinciput.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Summæ scapulæ.
Summi humeri.
Iuguli.
Pectus.
Ala adversa.
Mammæ.
Infra has.
Imus thorax.
Cinctus.
Vmbilicus.
Sinus coxæ.
Summum femur.
Verenda.
Extremæ nates.
Sulcus feminis.
Supra genu.
Medium genu.
Infra ipsum.
Imum suræ exterius.
Interius.
Mons pedis.
Imus talus exterior.
Planta.





Prædescripto corpori virili cõueniens in sequentibus muliebre adiiciam cuius altitudines sunto huiusmodi.

	perticula	numerus	portio	frustulũ
A sincipite ad verticem	0	0	5	0
Ad frontem	0	1	2	0
Ad imum mentum	0	6	7	0
Ad summas scapulas	0	8	2	0
Ad summos humeros	1	0	6	1
Ad iugula	1	1	2	0
Hinc vero ad summumpectus	0	1	6	0
Infra alam	0	3	2	0
Infra alam à tergo	0	3	9	0
Ad papillas	0	4	8	0
Infra mammas	0	6	1	0
In cinctum	1	1	2	0
Hinc autem ad vmbilicum	0	1	3	2
Ad summum femur seu coxam	0	6	0	0
Ad pubis initium	0	8	2	0
Ad imam pubem	0	8	7	0
Ad extremas nates	0	9	5	0
Sed hinc ad sulcum feminis	0	4	5	0
Supra genu	0	9	5	0
Medium in genu	1	1	6	0
E medio genu infra illud	0	1	6	0
Ad imum suræ exterioris	0	6	2	0
Ad imum suræ interioris	0	6	9	0
Ad montem pedis	1	4	0	0
Ad imum talum exteriorem	1	5	0	0
Ad imam plantam	1	6	5	0
Sed calcis longitudo erit	0	8	4	0

Brachij vero talis.

	perticula	numerus	portio	frustulũ
Ab humero ad nexum cubiti esto	0	9	7	0
E nexu ad iuncturam manus	0	9	0	0
E iunctura ad extremos digitos	0	5	4	0

Post hæc describes & latitudines primúmque obliqui corporis quæ sunt vt sæpe diximus dẽsitates.

	perticula	numerus	portio	frustulũ
Per verticem esto	0	3	7	0
Per frontem	0	5	5	0
Per supercilia	0	6	2	0
Per nasum	0	5	5	0
Per superius labrum & ceruicem	0	5	0	0
Per mentum & collum	0	4	7	0
Ibidémque obtinebit collum	0	2	8	0
Per summas scapulas	0	3	1	0
Per summos humeros	0	4	5	0
Per iugula	0	5	0	0
Per pectus	0	6	5	0
Iuxta alam	0	7	0	0
Per papillas	0	7	0	0
Infra mammas	0	6	2	c
Per cinctum	0	5	5	0
Per vmbilicum	0	6	7	0
Per coxam	0	8	8	0
Per pubis initium	0	7	4	0
Per imam pubem	0	7	0	0
Femori iuxta extremas nates detur	0	6	2	0
Per sulcum feminis	0	5	3	0
Supra genu	0	3	8	0
Per medium genu	0	3	2	0
Infra illud	0	3	0	0
Per mediam suram	0	3	5	0
Per imum suræ exterioris	0	3	2	0
Interioris	0	2	9	0
Per imam & coactissimam tibiam	0	2	0	0
Per montem pedis	0	2	2	0
Per imum talum exteriorem & pedem	0	5	3	0

Tum brachium accommodabis.


	perticula	numerus	portio	frustulũ
Per humerum densulum	0	3	6	0
Per musculos	0	3	3	0
Per nexum cubiti	0	2	1	0
Infra eundem	0	2	3	0
Per manus iuncturam	0	1	2	0
Sed palma obtinebit	0	1	4	0


Atque ita perges ad latitudines corporis aduersi, faciésq; ita.

	perticula	numerus	portio	frustulũ
Per verticem esto	0	3	6	0
Per summam frontem	0	5	1	0
Per mediam	0	5	5	0

	perticula	numerus	portio	frustulū.
Per ſupercilia	0	5	2	0
Per aures	0	5	6	0
Per naſum & buccas	0	4	5	0
Collo iuxta mentum dabitur	0	2	8	0
Per ſummas ſcapulas	0	3	0	0
Per humeros	0	8	5	0
Per iugula	0	9	8	0
Ibidémque diſtabunt inter ſe coxendices	0	8	4	0
Sed per pectus & humeros eſto	1	1	5	0
Intra alas	0	7	3	0
Intra alas a tergo	0	9	0	0
Intra papillas	0	7	0	0
Infra mammas	0	8	0	0
Per cinctum	0	7	3	0
Per vmbilicum	0	9	9	0
Per coxam	1	1	2	0
Ibidémque relinquetur intra coxendices	0	8	0	0
Per pubis initium	1	1	4	0
Per imam pubem	1	1	3	0
Iuxta extremas nates dabitur femori	0	5	8	0
Per ſulcum feminis	0	4	8	0
Supra genu	0	3	5	0

	perticula	numerus	portio	frustulū.
Per medium genu	0	3	0	0
Infra genu	0	2	8	0
Per mediam ſuram	0	3	3	0
Per imam ſuram exterius	0	2	9	0
Interius	0	2	7	0
Per imam & coactiſsimam tibiam	0	1	2	0
Per talos & montem pedis	0	1	6	0
Infra eosdem & pedem	0	1	5	0
Sed calci dabitur per exttemos digitos	0	2	9	0
Verum brachium tale fiet.				
Per muſculos latum	0	2	2	0
Supra nexum cubiti	0	2	0	0
Infra eundem	0	2	5	0
Per iuncturam manus	0	1	3	0
Palma autem habebit	0	2	4	0
Atque ita deinceps congruentes & locis ſuis & ſexui effigies exprimes, auerſumq́ue corpus in extrema aduerſi includes, aſsignabíſque.				
Podicis rimæ	0	5	5	0
Calcaneo vero	0	1	6	0
Que omnia licet ſubiectis in exemplis contemplere.				


Sinciput.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Summæ scapulæ.
Sũmi humeri.
Iuguli.
Pectus.
Ala aduersa.
Papillæ.
Infra mammas.
Cinctus.
Vmbilicus.
Coxa.
Initium pubis.
Ima pubis.
Extremæ nates.
Sulcus feminis.
Supra genu.
Medium genu.
Infra genu.
Imum suræ exterioris.
Interioris.
Mons pedis.
Imum tali exterioris.
Planta.



In fine huius libri propoſitis duobus capitibus virilibus, illorum figurationem exquiſitius & certius quam hactenus feci, docebo, hoc modo.


Principio quadratum conſtitues vt ſuperiori libro præcepimus, hoc ſeruiet obliquo capiti. Sed huius laterum ſpacia erunt vnius partis ſeptimæ de altitudine totius imaginis. Poteris tamen & octauæ partis facere omnibus ſimiliter conſeruatis, quæ de ſeptima parte præcipientur. Atque ita notabis quadrati conſtituti latus rectum prius ſigno a, poſterius b. Latus verò ſuperius trāſuerſum c. Inferius d. Tum deinceps ſeptimam illam partem quam diximus diuides in æquales partes 8. id eſt numeros quos vt meminiſſe debes hac nota innuimus ξ. & numerum in decem portiones huius notę. ⊥. Atque his menſurationes partium in capite exequemur, primum perpendiculares deſignantes lineas iſto pacto.


Ab a, lineam perpendiculariter retroduces ξ.o.⊥.9. Ea eſto e, tangátq; extremam pupillam & intimas nares. Poſtea pones lineam f, ab a, ξ.1.⊥.8. Ea tanget extrema ſupercilia iuxta tempora. Sed oculi proximus angulus conſtituetur in medio e, f. Tum pones tertiam perpendicularem eáque eſto g, ab a, retro. ξ.3.⊥.5. Hæc definiet aurem iuxta tempora. At quarta quæ ſit h, ab g, retro poſita. ξ.1.⊥.o. extremam aurem deſcribet. Poſt hæc pones lineam quæ ſit i, prorſus ab b. ξ.1.⊥.3. Iuxta hāc inſidet in ceruicem occiput. Tum k, produces ab b. ξ.o.⊥.7. Hæc tāget ſupra verticem & infra ceruicem iuxta tranſuerſam d. Ac tranſuerſas paralellos quidem ita deinceps impones. Infra c. ξ.2.⊥.6. ponatur linea tranſuerſa l, hæc deſignabit radicem capilli ſupra frontem. Tum diuides c, l, alia tranſuerſa m, per medium. Eáque tranſibit iuxta perpendicularem k, per verticem. Poſtea diuides l, d, duabus lineis n, o, in tria æqualia ſpacia. Linea quidem n, per ſupercilia curret & ſummam attinget aurem. Sed o, imum naſum imámque aurem. Poſtea diuides o, d, linea p, per medium: hæc tanget ſummum mentum. Poſtea diuides o, p, per medium linea q. Ita ſuperius labrum ita o, q, ſtabit, & inferius intra q, p, tranſibítque linea q, buccam mediam id eſt oris ſynarmogen. Poſtea diuides n, o, linea r, per medium. Inque ſuperius ſpacium totum oculum impones. Tum r, o, diuides in ſeptem ſpacia æqualia, & infima tria abſcindes linea s: hæc attinget ad ſummas narium eminentias. Sed ima auricula compræhendetur intra ſ, o. Tum obliquæ duæ lineæ ducentur, vna ex angulo qui clauditur linea perpendiculari e, & tranſuerſa c, in angulum perpendicularis a, & tranſuerſæ o. Supra hanc frons deducetur intra tranſuerſas l, n. Sed naſus infra, intra tranſuerſas n, o. Altera obliqua deſcendet ab angulo lateris recti a, & tranſuerſæ n, retro ad angulum perpēdicularis e, & tranſuerſæ d, hac definietur vtrunque labrum itémque extremum mentum. Atque his confectis capitis forma deinceps exprimetur: ita vt ſummum caput ad h, perpendicularem & latus c, rotundetur. Occipitium autem intra tranſuerſas l, n, ad latus b. Colli autem decliuis erit denſitas id eſt ab occipitij & ceruicis commiſſura ad guttur ξ.4.⊥.5. Quæ omnia diligētiſsime ſtuduimus oculis in ſequētibus exemplis ſubijcere. Sed fieri poſsit vt tale caput alicubi maiuſculum videatur quam latura ſit propoſitæ imaginis ratio. Poteris igitur facere minus hoc modo. Sinciput in medio tranſuerſarum c, m, rotundetur iuxta perpendiculares g, h. Et occipitium ad k, in medio tranſuerſarum l, n. Tum iuxta occipitij commiſſurā curuabis ceruicem in linea o, facta diſtantia ab latere b, ξ.1.⊥.8. Tum retro abduces ad latus. d. & perpendicularem i. Velim vtranque rationem diligenter cognoſcas, non enim temere huiuſmodi variationem expoſuimus. Atque hæc eſto vnius capitis deſcriptio.

Alterius vero talis.

Quadratum ſimiliter conſtitues vt ſupra monui faciens rectorum laterum prius a, poſterius b. Sed tranſuerſorum ſuperius eſto i, inferius k. Hoc quadratum primum perpendicularibus lineis inſignies, ponéſque vnam ab a, ductam retro. ξ.1.⊥.1. quæ ſit c, hæc tanget extremam pupillam & intimas nares. Iterum duces retro ab a, ξ.2.⊥.2. lineã d, hæc ſupercilia definiet, & ſuper linea k, intimum mentum. Oculorum autem anguli iuxta tempora terminabũtur in medio c, d. Iterum pones retro ab a, ξ.4.⊥.0. lineam e, hæc attinget aurem vbi è temporibus enaſcitur, iuxtáque illam ſinciput radit latus i. Iterum duces lineam f, retro ab a, ξ.5.⊥.0. hæc terminabit aurem. Tum pones lineam g, prorſus à latere b, ξ.1.⊥.0. hęc tanget ceruicem, deſcribétque commiſſuram occipitij cum ceruice. Tranſuerſas autem paralellos vt diximus ſic facies. Ab tranſuerſa i, deorſum ξ.0.⊥.8. ponatur alia tranſuerſa l, hæc tanget verticem iuxta perpẽdicularem g. Iterum pones infra i, lineam tranſuerſam m, ξ.1.⊥.4. hæc tanget radicem capilli ſupra frontem. Poſtea diuides m, k, duabus lineis n, o, in tria æqualia ſpacia. Linea quidem n, tranſibit per ſupercilia & ſummam aurem. Sed linea o, tanget imum naſum & aurem. Iuxtáque hanc occipitium in ceruicem inſidet. Eritque hinc collum denſum vſque ad guttur. ξ.4.⊥.6. Iterum duces lineam p, infra n, ξ.1.⊥.0. Intérque p, n, totus oculus compræhendetur & anguli ſtabunt in medio. Iterum pones lineam r, ſupra o, ξ.0.⊥.5. hæc tanget ſummas narium eminentias. At ima auricula peculiariter exprimetur intra r, o. Iterũ pones lineam ſ, ſupra k, ξ.1.⊥.0. hæc tanget ſummum mentum. Tum diuides o, ſ, linea t, per medium, hæc tranſibit per mediam buccam. Atque ita & duas obliquas duces. Vnam ex angulo perpendicularis c, & tranſuerſæ i, ad angulum perpendicularis a, & tranſuerſæ o. Alteram vero ex angulo perpendicularis a, & tranſuerſæ n, ad angulum perpendicularis c, & tranſuerſæ k. Supra priorem deducetur frons intra m, n. Infra autem naſus, intra n, o. Iuxta alteram exprimetur labrum, bucca, mẽtum. Atque ita omnibus partibus rectis lineis notatis, tum deinceps formam capitis inſcribes, ita vt nos ſubiecto exemplo declarauimus. Neque ignorandum ſimiliter poſſe omnium membrorum menſurationes ſingulatim exquiri de eorum altitudinibus, vt, exempli cauſſa, ponatur crus à medio genu ad imum talum, hæc erit altitudo: de hac exquires latitudines, vt verbi cauſſa, ſuram facies latam parte vna 4. altitudinis, huiúſque quartæ dimidium duces per talos. Ita vt dixi arbitrio tuo facere in ſingulis membris & exacte omnia exquirere licebit.

Atque hic eſto finis libri ſecundi, commenſurationum rectarum formarum. Vbi à lectoribus veniam petere libuit erratorum ſi qua forte in picturis exemplorum occurrerint. Neque enim nos celaturæ vitia, neque typorum ligneorum deprauationem præſtare aut æquum aut virium noſtrarum fuit. Sed de ſcriptura tamen poterint & illa emendari quam omni ſtudio & diligentia quàm emendatiſsime curauimus edi, correctis inter relegẽdum excuſorum peccatis. Lector bonus & æquus gratam vt ſpero operam noſtrã acceptámque habebit, malignos & obtrectatores non curat vt Græci aiunt Hippoclides.





Ad lectores in sequentes libros PRAEFATIO.

CVM de artificio picturæ compositos libros ab Alberto Durero, partim voluntate erga ipsum mea adductus, partim etiam coactus amicorum precibus quæ imperij vim habere viderentur, in manus accepissem conuertendos in linguam latinam, sensi fortunam successus non sane respondere studio meo, eoque singulari cum mihi tum illis satisfaciendi qui nobis hunc laborem imposuissent. Neque id adeo mirum mihi cogitanti visum, quod non satis explorato pondere subiissem sub materiā cui ferendæ parum sufficerent vires meæ. Id me siue in cupiditate gratificandi petentibus à me hoc opus, siue negligentia mea principio sane fugerat. Quare fuimus eo maiore anxietate in processu quo minus & prouisa grauitas & integrum iam erat abiicere semel susceptum onus: quod ipsum si facere licuisset, expedita via fuerat qua nos cura molestiáque liberare potuissemus. Atque in hac hæsitatione & depresione nostra, vt fieri solet, progressi sumus lentiore gradu, & quasi pedetentim. Itaque libros primos duos tanquam recidentes, separatim latinos factos emisimus, simul vt daremus specimen industriæ nostræ lecturis, simul vt hac in parte decursi spatij paulisper acquiesceremus, simul etiam, quia esset in reliquis maiore attentione opus, quod sciremus primum quidem librum ab authore diligenter recognitum, ipsóque illum viuo typis excusum fuisse, cum reliquorum editioni & castigationi morte præreptus decesserit. Atque vtinam Deo visum esset, vt illo superstite nobis hæc prouintia data esset, gerere & cupide & vt confido, cum laude voluissemus. Nunc illius desiderio, & fuit non nullum tædium, & occasio certe laudis morte ipsius amota est. Hoc autem cum opto, non modo respicio ad me & res meas, sed potius etiam ad illum & famam mortui, à quo sensi me valde diligi, quémque ego merito ipsius feci maximi, nec non studiosis quoque harum rerum vtilia vota facio. Extarent enim profecto hęc scripta ab authore ipso edita, non minima parte sui sed vniuersa, ad eum modum composita, vt maxime & doctis admirationi, & studiosis omnibus fructui essent. Nunc etsi neque illi paruipendere, neque hi parum adiuuari poterunt: tamen illa excellentia curæ & è laborationis fortasse requiratur, qua nihil est pulchrius neque pręstabilius. Videre etiam hoc amici Dureri nostri, qui inchoata iam excusione operis, & absoluto primo libro cum author diem suum obiisset, perduxere ad finem hunc laborem, cum accurata admonitione, authorem editioni non affuisse. Hæc ego etiā hoc loco, in quo, vt dixi, quasi posito onere aliquantulum acquieui, recæpturus illud duxi lecturis significandum, vt scirent quid à Durero tātum modo informatum, quid perpolitum haberent. De nobis déque opera nostra supersedebimus in præsentia verba facere: Neque enim cum laudem nullam affectemus, metuendum vt opinor, ne quis qui repræhendere velit, futurus sit. Vt enim ille apud Virgilium ad maximam spem natus puer, imbelles feras nihil moratur.

Spumentémque dari pecora inter inertia votis.

Optat aprum, aut fuluum descendere monte Leonem.

Ita libenter prætereūt huiusmodi scripta faciléq; patiuntur latere Aristarchi, à quibus nō celebratum sed obscuratum iri nomen suum perspiciant. Quid est autem hoc genere scriptorum, quod ad orationem quidem attinet, non solum ieiunius, sed penæ dixerim infelicius, vt misericordia digni, si qui ad hæc forte conpulsi sint, esse videantur, inuidiæ certe obnoxij esse non possint. Sed hæc ipsa pluribus memorauimus quam necesse fuerit. Quod autem de miseria horum scriptorum dixi quæ tali argumento talique fortuna sua traductorem plane seruum accipiunt, si quis minus esse verum putat, licet periculum paucis ipse versibus faciat, nimirum intelliget multo me, quam res sit, parciuslocutū. Quod superest si qui illa priora forte legistis, facite & hæc cognoscatis, quæ profecto sunt ab arte instru-

ctissima, quo etiam nomine si quid compositioni defuerit, facile compẽsari pati debebitis, etsi nihil ad hoc vsque tempus vidistis in lucem emissum his de rebus melius, æquum fuerit hactenus quidem optima gratis animis amplecti, nihil vidisse autem certum habeo. Vt enim restare huius artis eximia quædam ad huc præcepta veterum, neque funditus illa deleta esse, ita etiam summa cum cura asseruari arbitror, magis quam vllam virginem quas tamen poeta magister morum custodiri iubet multifariã communitis in thalamis. Quod si quando horum prodierit, Deo bene volente, aliquid, etsi, quicquid fuerit relinquet etiã Dureriana nõ nullo in numero, tunc tamen licet antiquitati venerabili priores iure optimo deferatis. Interea cum quod præ Durerianis petat, nihil extare compertum habeamus, officium vestrum feceritis si hæc vt optima amplexi, meliora cum vestigare tum sperare non desinatis, quas proferri ille etiam cum obscuratione suorum vellet mortuus. Cum enim facile præstiterit multa variáque rerum scientia reliquis, tamen hanc etiam ipsam vicit illo in viro animi probitas, ingenuitas, liberalitas, moderatio, sanctitas. De quibus etsi rei magnitudinis exuperante, multo minus, multóque exilius quam par erat, cum à nobis alibi dictum sit, nunc quidem verba facienda non putauimus. Cæterum hanc doctrinam non poterint, vt opinor, contemnere eruditi, cum enim est arte exculta, tum in vsu iucunda non hoc modo operæ & manuum, sed intelligentiæ potius & iudicij. Quis est enim tam rusticus aut alienus ab omni elegantiæ sensu, qui nõ libenter bonam pulchrámque picturã contemplari soleat? sed inter spectatores discrimen est ingens. Nam imperiti artis nihil neque exquisite neque cum certitudine aliqua cognoscunt, sed coloribus & nitore tabularum tantummodo capiuntur, horum etiam humaniores argumento. Docti vero etiam particulas & singilatim omnia percensent, iudicióque suo discernũt & perspiciunt: vt illi eorum qui magnam hominum turbam simul salutent, hi autem eorum qui singulos appellẽt, similes esse videantur. Sed quoniam existimo statim vbi huic opus exierit futuros aliquos qui in ipsum quasi irruant, subque sua præla abstrahant, quantum quidem interfuerit studiosorum illud hinc accipere quam aliunde vbi secundum nostra expressum fuerit, non tam dicere facile est atque ipsa re declaratur. Cum enim pene maior claritas & certitudo consistat in exemplis quam præceptis, neque fieri posit, vt illa traductionibus crebris non violentur, siue ipsis typis vitiatis, siue negligenter explicatis, vt vsum & scientiam concedam maximam iis qui transferre velint, quis non videt quam in procliui errores pendeant, cum nobis compertum sit ab iisdem typis ipsis, expressas iterum figuras diuersas exiuisse. Corrumpi autem aliorum authorum scripta sola in scriptione consueuere, huiusmodi in pictura etiam. Quo in genere quoque sunt cosmographica illa phenomenon & Geographiæ. Sed de hoc ipsi viderint, ne si in hac parte immoremur, magis distractioni librorum, quam legẽtium commodis voluisse cõsulere videamur. Atque hinc igitur deinceps Alberti doctrinam exponere aggrediemur.

ALBERTI DVRERI
GEOMETRÆ ET PICTORIS.
LIBER TERTIVS PICTVRÆ.
De figurarum varietate.

HOc in libro qui de pictura tertius à nobis instituitur, propositum est demonstrare rationes quasdam, quibus superius descriptæ figuræ corporum secundum membrorum & suam, & inter se conuenientiam, variari pro arbitrio vniuscuiusque possint, siue cui opus grandius, seu magis exilius fortè placeat. Ita quidem vt omnia, alia quam dudum, & diuersa, neque figuram, neque iam commensurationem pristinam retinere videantur. Atque hæc similiter in virilibus ac muliebribus, necnon puerorum imaginibus exponere decreuimus.

Principio notum intellectúmque esse debebit. Quibus de rebus figurarum variationes existere soleant, Harum genus est vnum in commensurationibus contrarietas. Cum autem contraria iunguntur magis illustria fiunt, quod in similibus non accidit. Huic generi hæc subiiciuntur.

Magnum.	Paruum.
Longum, siue prolixum.	Breue, seu curtum.
Distensum, seu dilatatum.	Contractum.
Crassum.	Gracile.

Quæ quidem differentiæ quantitatis sunt, Et in adiiciendo detrahendóve in multo ac modico versantur.

Alterum est genus qualitatis in quo sunt differentiæ, ætatum vt iuuentæ. Senectę. Constitutionis corporis & modi vt macilentum pinguæ, durum lene. Formæ vt venustum amabile, Turpe ingratum, Itémque habitus vt curuum, rectum, æquale, inæquale, sublimè siue excelsum, humile seu demissum, Rotundum, Angulosum, Acutum hæbes, similiter & erectum, Transuersum, Obliquum, item positus vt dextrum, Læuum, aduersum, Auersum, supra, infra.

Per hæc discrimina diuersitates figurarum exquiri poterunt. Quarum nunc deinceps exempla subiiciemus, quibus præcipua ac pœnè sola harum rerum doctrina continetur. Ac primum proponatur differentia magni & parui. De qua dupliciter cogitandum. Primum quatenus hæc est totius erga totum, Quarum vnum magnum dicatur, paruum alterum, in quibus similitudo tamen, & quasi eadem facies constare potest. Ita in quibus eadem ratio & conuenientia partium ponitur, grandia possunt, vel parua describi. Vt in delineationibus fieri videmus. Volunt enim similes vel Regias ædes de forma adumbrata in cartis extrui, ita & globum longioris diametri similitudinem habere, cum altero cuius diameter multo sit breuior, nemo non dicit & sentit. Sed cum hæc differentia animaduertitur in partibus tum consequitur dissimilitudo totius erga totum. Vt si quis truncum corporis constituat grandiusculum, inferiora autem minuscula. Hócque ipsum vsurpari poterit omnibus in membris. Quæ variationes sunt infinitæ. Atque his appellationibus magni ac parui vtimur respectu earum rerum de quibus rebus ille ponuntur inter se.

Proxima erat differentia proposita longitudinis & breuitatis. Volet igitur aliquis certam effigiem producere aut corripere, vt, exempli gratia, illam quæ virilis in primo libro & loco à nobis descripta est, is igitur animaduertet in prolixitate gracilitatem & contractionem, in breuitate verò crassitiem & distensionem secundum propriam commensurationem, Atque hæc cum fiunt vtraque in ratione latitudinis & densitatis, spatia quæ in principali figura notata cernentur, retinenda erunt. Si verò vtraque effigies illa inquam producta & correpta hæc, accommodata fuerit altitudini principalis imaginis, Tum illa latitudinis & densitatis, spatia pro vtriúsque constitutione, longè diuersissima existent, At altitudinis spatia iam congruentia maximam dissimilitudinem præ se ferent, propterea quod à principali figura hinc ad proceritatem illinc ad humilitatem discessum, Déque illa graci-

liora & contractiora cum hac crassiora & distensiora facta fuerint. Atque hac via singularum partium altitudines in corpore conuenienter produci aut corripi poterunt intra notatas transuersas lineas designatrices altitudinis partium. Quarum si maiora interualla feceris effigies productior, sin minora correptior exibit. Quibus, vt dictum est, ratio densitatis & latitudinis non variatur. Sed illud productum & hoc correptum vnam ab altera effigie discerni. Quarum postea in noua commensuratione à principali descriptione longè abitur. Id ipsum verò minutim pérque singulas partes in producẽdo ac corripiẽdo exquirere & nimium laborem & tædij haberet plurimum. Quare totam hanc rationem certa doctrina sumus complexi de qua ministerio vnius trianguli hæc quæ dixi rectè & facilè perficiantur. Hoc ita describes.

forté, Quãuis,


Lineam vnam punctis duobus designabis, secundum quam alteræ duæ longitudinis & breuitatis describantur. Hæc esto a.b. tantæ altitudinis quanta fuerit primæ virilis figuræ in primo libro. Hanc diuides per altitudinem spatiis linearum transuersarum. Nam illis scis ostendi altitudines partium. Ab huius lineæ punctis a.b. deduces in propositum alium ad dextram punctum c. lineas duas quæ in illo concurrentes, triangulum describant de basi a.b. & similiter in eodem puncto c. productæ altitudinem omnium partium lineæ concurrent postea iuxta hanc mediam lineam παραλλήλως vnam prolixitatis f.g. ad sinistram constitues, alteram decurtationis d.e. ad dextram versus punctum c. Quoque à media vel hanc vel illam remotius posueris, hoc erit maius prolixitatis vel decurtationis discrimen. per has igitur & ipsas transeuntes ille altitudinis mediæ lineæ diuident, & ipsas pro vnius cuiúsque ratione conuenienter, ita vti res fieri postulat. Huius trianguli figuram expressam subiecimus manu nostra. vtilem futuram multis & variis vsibus: Estóque nomen illi varianti. Nam variantur huius adiumento partes rerum & admirabiles mutationes efficiuntur vel augmentatione staturarum vel diminutione, vt si propositam aliquam effigiem cuius altitudo complectatur spatia quæ essent illius capitis septena ad altitudinem capitis spatiorum octonum nouenum, denúmve producere libeat adiicientes nimirum altitudini quæ fuerit intra caput summum & plantam imam vnius, duum triúmve capitum spatia. Quod idem & diminuenda statura accipiendum. Sed si staturam fortè vt diximus prolongaris, accommodabis iam etiam productiusculum caput pro eo ac forma exiget proposita imaginis, vt conuenientia & decor custodiatur, idem pro natura rei & in decurtatione seruabitur. Sed tum si metiri velis, altitudo non paria spatia capitum atque prius habebit. Hoc loco moneo volentes vsurpare hanc à nobis demonstratam rationem mutationis, vt in manibus & pedibus separatim à nobis superius descriptis cum magna diligentia & attentione, vt in re neutiquam facili versari velint.


Sequitur forma Variantis.


Ita igitur distinctis his omnibus lineis(vt est præceptum) deinceps forma imaginis sua cuiúsque inscribetur: Quod nos in præscriptis linearum exemplis ob cartæ paruitatem facere non potuimus. Sed fecimus per æqualia & congruentia altitudinis spatia in sequentibus, conseruatis debitis commensurationibus singulorum, hac via & ratione quæ exponetur, qua in omnibus volentes mutationibus vtantur licebit. Figura autem effecta ad lineam f. g. erit gracilior & contractior, ad lineam autem d. e. crassior & distensior. Nec minus vsus erit huius variationis in illis gracilitatis ac crassitudinis, & contractionis ac distensionis modis, quàm in his prolixitatis ac breuitatis. Non autem est ab re & inconsentaneum, cunctas imagines quasi æquali in exemplis altitudine describi, hoc est, vt vnius altitudo tantum cartæ occupet quantum alterius, quãtumuis staturæ dissimiles sint, Ita enim in comparatione omnia illustriora & magis euidentia futura sunt. Hac eadem ratione poterit aliquis & in separatis partibus imaginum vti, sic vti aliquid illarum variet, aliquid non variet. Et tunc quidem quicquid vni detrahitur, alteri adiiciatur necesse est. Idem intelligendum de singulis etiam in imaginis altitudine transuersis lineis, Et iuxta has attenuationis aut densationis, itémque contractionis aut distensionis. Quoties enim iuxta vnam propositam & principalem lineam in variante, hinc atque illinc, alias duas statueris, declaratur omnibus in locis permutatio conueniens, illinc in prolixitate, hinc in breuitate. Sed nunc deinceps, quo quisque modo officinam suam hoc triangulo instruere, illóque(si res poscat) vti possit ostendam.


Principio ducatur linea transuersa de puncto a. in punctum b. quæ certo loco fixa sit, Ex huius puncto a. producetur alia a. c. quæ quidem fixa sit illo in puncto a. sed ab altero puncto c, mobilis, ita vt cum transuersa a.b. in eodem loco iungatur, ab puncto verò c. remoueatur propius aut longius. Neque quisquam suspicatus sit me nunc sic de lineis ac punctis loqui, quemadmodum Geometræ consueuere, quibus hæc omnia cogitatione solum modo complectenda proponuntur. Nos enim nunc manuum operibus consulimus, Sed nihilo tamen minus, quanuis exprimi hæc omnia velimus, debebunt ipsa ad illorum quæ indiuidua & vnica sola mente intelliguntur, exactam & inuariabilem certitudinem referri. Sed eorum (quæ diximus) talis vsus erit. In tabella huic rei comparatæ transuersam lineam a. b. inscribes, & in puncto a. acum seu clauiculum firmiter affiges, huic annectes filum æquabile & validiusculum vt sericum, illúdque intẽdes in altero puncto c. quod repræsentet illam ab eodem puncto c. mobilem lineam. Posthac impones perpendicularem d.e. in mediam transuersam a.b. His ad hunc modum præparatis scito in linea perpendiculari d.e. statuendam propositam partem quam producere aut corripere velis, ita vt finiatur insidens lineæ transuersæ a.b. postea filum quod est pro linea a.c. intendes, vt supra attingat summitatem constitutæ partis in linea d. e. Deinde quantum volueris prolixiorem illam partem facies. Hoc pacto. Ante lineam d.e. prolixitatis quæsitæ lineam duces similiter perpendicularem quæ supra extenso filo lineæ a.c. infra transuersa a. b. definiatur. Hæc sit exempli causa f.g. sin correptiorem facere volueris propositam partem, consequeris hoc ipsum de breuitatis linea, quæ perpendiculariter & ipsa statuatur in transuersam a. b. post perpendicularem d.e. versus a. & supra definiatur filo lineæ a. c. Sitque hæc, verbi gratia h.I.

Hoc pacto tribus perpendicularibus ordine in transuersam subiectam impositis, Statuetur in media d. e. propositæ & principalis longitudinis spatium. In citeriore f. g. illud ipsum productum. In vlteriore h.i. correptum. Atque hæc ipsa conuenienter vtrinque designat linea fili a. c. cum ad summitatem lineæ e.d. intenditur. Horum vsus esse poterit in rebus innumerabilibus, etiam vbi spatiorum nomina dici non poterunt. Vt si non sit nominabile quota quæque alicuius nota longitudinis pars sit, veluti vna 2. vna 3. 5. 6. Huius præcepti exemplum expressimus inferius, vt oculis etiam legentium doctrina nostra subiiceretur. Atque huic instrumento nomen placuit indere deligenti, quod seruiat delectui eorum quæ in quaque proposita re maiora aliquis minoráue facere velit. Atque ex his præceptis & huius deligentis adminiculo descriptæ sunt paulò pòst expressæ figuræ viriles gracilitatis & crassitudinis. In his variationibus animaduertendum, omnia corpora in productione, addensatione, dilatatione grandescentia, partes habere distantiores & quasi vastiores, contra quæcunque corripiantur concurrentes magis & propinquas. Itaque graciliores staturas aspectu etiam moliores existere crassioribus. Hoc instrumẽtum quadrantis planè figuram modúmque præ se fert, quod nos & ipsum curuis lineolis designauimus.



f
Linea prolixitatis.
a Linea principalis.
g Linea decurtationis.
e
b
g



c







Sed ſequentium imaginum productioribus ſtaturis, ſciendum adiectum eſſe, ipſarum altitudinis partem vnam 4. Etiam ſi quis vti hac ratione volet, is debebit caput paulò argutius accommodare, quo neglecto tota figura apparebit inuenuſtior. Surſum igitur verſum mento leuato, aut ſupra aliquantulo de capitis ſummitate dempto, deligentis beneficio partes commenſurabuntur. Nos in exemplis de ſummitate nihil dempſimus, ſed inde ad imum vſque mentum fecimus ſpatium duarum 15. ab ſummo autem mento ad ſummam vſque frontem vnam 10. diſtributis deinceps beneficio deligentis omnibus altitudinis partibus, latitudo enim iam inducta & denſitas retinetur. Huiuſmodi etiam capitum ipſorum exempla iuxta effigies exemplorum, appoſuimus. Spatium pedis feci obtinere duas 13. Nam exierat breuiuſculus iuſto, ſimiliter & monticulum pedis non nihil complanauimus. Exigebat etiam figuræ venuſtas, vt crura quæ ratio variationis ſubiecerat: nunc etiam graciliora & contractiuſcula deſcriberentur. Et huius imaginis denſitatis commenſurata ſpatia minus habent ſpatiis principalis imaginis parte vna 5. Hæc autem omnia quomodo rectè fieri poſſe putarim, omnibus in partibus ac locis, diligenti & ſtudioſa manu in exemplis delineauimus, quo non verbis modo, ſed re etiam ipſa inſtruerem legentes. De figura autem correptiore monere hoc eſt viſum. In deſcriptione variantis per conſtitutam lineam principalis altitudinis a.b. duxi lineas duas obliquas, quæ in medio lineæ a.b. ſe mutuo ſcinderent, Eæ igitur productæ à linea prolixitatis f.g. ſupra & infra, attingunt lineas c.f. & c.g. atque ex huius attingentiæ punctis ducta eſt decurtationis linea d.e. Cuius decurtationis figura ſi ad principalem altitudinem effingatur admodum craſſeſcet, ſicut hoc deligentis inſtrumento efficitur. Capitis tamen & altitudo & latitudo ac denſitas minuenda eſt, ſiquidem ad humanum modum reſpondere volumus. Pedis autem ſpatium vnam 6. obtinebit. Horum & ipſorum ſubiecimus exempla, De quibus itémque noſtra doctrina facere quiſque poterit quod libuerit, ſeu productiora, ſiue correptiora placuerint.


Summum,
Caput.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Summi humeri.
Iugulum.
Pectus.
Alæ.
Mammæ.
Infra has.
Cinctus.
Vmbilicus.
Sinus coxarum.
Summum femur.
Supra verenda.
Imæ nates.
Fœminum sulci.
Supra genu
Medium genu.
Infra genu.
Ima sura exterius.
Ima sura interius.
Mõticulus pedis.
Imum tali exterioris.
Planta.
2
13




Summum.
Caput.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Summi hu-
meri.
Iugulum.
Pectus.
Alæ.
Mammæ.
Infra mam-
mas.
Cinctus.
Vmbilicus.
Sinus co-
xarum.
Summum
femur.
Supra ve-
renda.
Imæ nates.
Fœminum
sulci.
Supra genu
Medium
genu.
Infra genu.
Ima sura
exterius.
Ima sura
interius.
Mõspedis.
Imum tali
exterioris
planta.



De differentia prolixitatis & breuitatis visum est, nunc quoque tractare supra in libro primo descriptum caput in cubico quadrilatero per transuersas & perpendiculares dispertitum lineas, Hoc est, si illud intelligatur in cubo, qua ratione hic extendi, hoc est altior depressiórue reddi, necnon cognosci possit, quid accedente altitudine, latitudinis decedat spatiis, & illa decedente, quid his accedat. Hæc communi voce ἑτερόμηκη σχήματα dicuntur. Nos distinguimus, docendi causa, oblongo & prominente. De his talis esto doctrina. Proponatur cubus quadratus, id est, æquilaterum quadrangulum solidum concipiatur animo, huius enim cubi propria est appellatio. Sed altitudo esto spatium altitudinis supra in primo libro descripti capitis, quod caput principale nominamus. De cubo autem prius seorsum nonnihil explicandum quam ad descriptionem capitis perueniatur. Esto autem positum in vniuscuiusque arbitrio, quantum attollere ac deprimere quantúmve producere illum velit.


Sciendum cubum nominari omne ἑξάεδρον id est solidum quadrangulũ ab authore.

Principio propositi cubi recti lateris primorem lineam notabis infra litera a. supra b. hanc ipsam lineam quantum libebit attolles, quódque iam altius factum fuerit insignies notis a.c. postea lineam a.c. transuersam collocabis, & impones in illam perpendiculariter a.b. ita vt norma hac constitutione linearum describatur, & angulum a. contineat, mox de puncto a. retrorsum produces lineam a.c. cuius productionis terminalis punctus sit d. Ita in transuersa d.a.c. imposita perpendicularis a.b. ad rectos vtrinque angulos apparebit. Tum obliqua linea supra triangulum concludes. Postea gnomonis seu ænei siue lignei modo ne fallacis, vnum latus accommoda ad obliquam lineam b. c. ita vt angulus gnomonis attingat punctum b. deinde normalem lineam ex angulo gnomonis deducito, quam vbi videris ad normam, vt dixi, deductam scindere transuersam d.a.c. ibi notam ponito e. Quibus perfectis iam repertam scito conuenientem, id est, ἀνάλογον lineam ad lineam a. b. & lineam a.c. Ea est linea a.e. Sed deinceps exquirenda linea est inter a.b. & a.e. hoc pacto. Ambas lineas a.b. & a.e. coniunge vt vnam transuersam describere videantur, Ea sit e.a.b. Deinde constitue perpendiculariter vnam lineam in punctum a. & infige circini pedem in mediam lineam e.a. b. & alterum pedem colloca ad punctum e. atque inde circumage vsque ad punctum b. vt semicirculus describatur. Cuius circumferentia vbi secarit perpendiculariter in punctum à demissam lineam, ibidem appone notam f. hoc erit spatium laterum latitudinis cubi qui principalis altitudinem excesserit, qui excessus designatus sit linea a.c.

Similiter facies compressurus principalem cubum vt prominentiusculus fiat, nisi quod exeunt omnia à prioribus diuersa. Vt enim supra elatior fuit facta cubi altitudo ita fiet nunc humilior. Vt a.c. describat iam lineam decurtationis. Sed latitudinem ita inuenies. Latus a.b. accommodetur ad transuersam decurtationis lineam a.c. normaliter. Postea vltra punctum a. deducatur retrorsum linea a. quæ deductio finiatur puncto d. Mox obliqua etiam trahatur b.c. Et postremò gnomonem vno latere sui appone ad hanc ipsam obliquam b.c. ita vt angulus normalis attingat punctum b. Et lineam inde normalem deduc in transuersam d.a.c. Quam vbi hanc scindere videris, ibidem statue punctum e. Ita prior inuenta erit conuenientiæ linea, inter duas a.b. & a.c. eáque esto a.e. Sed alteram conuenientiæ lineam ita exquires. Duas lineas a.b. & a.e. cõiunge ita vt vnam transuersam e.a.b. facere videantur, postea in punctum a. perpendicularem immittes. Et pedem vnum circini figes in mediam lineam e.a.b. & altero pede ex puncto e. semicirculum describes. Et huius circumferentiam vbi cernes transcurrere perpendicularem impositam in punctum a. ibidem ascribito notam f. Eritque hæc ipsa linea longitudo prominentiæ compresi cubi, cuius altitudo proposita fuit linea a.c. Quorum omnium figuræ singulatim, necnon delineationes omnium partium capitis in suo quoque cubo expressæ subiectæ sunt.


Sciendum in aduersa facie capitis effingenda, detrahendam latitudinis suæ vnam 5. pro eo ac commensuratio exigit. Vel licet sanè sic facias Propone latitudinem cubi prominentis ac compresi octies. Et diuide per decem æqualia spatia. Eritque horum decem spatiorum vnum latitudo aduersæ faciei, ad quod contrahetur quadratura cubi, vnde oblongus & prominens factus fuit. Atque ita formæ lineas adminiculo deligentis distribues. Quan rationem sequeris per variationes in toto corpore.


Cubus propriè
& principalis.




Linea prolixitatis.a.c.

Linea decurtationis.









Cubus oblongus,
id est, elatus.


Cubus principalis.




Linea prolixitatis a.c.


Linea decurtationis a.c.










Cubus prominens, id est, compressus.












Sunt & alij cubi variationes, de quibus diuersitas in faciebus capitum existit huiusmodi. Primum si superiorem cubi superficiem quadratam constituas & dilatatam. Infra autem tantum detrahas de quadrata superficie, quanto superior fuerit dilatatior. Idque etiam ipsum postea inuertere poteris, Vt quanto fuerit infra cubus amplior, hoc sit supra angustior. Quibus constitutis postea lineæ partium inducentur auxilio deligentis, & deinceps congruentia formæ. Ita exibit vna facies capitis supra amplioris, infra angustioris. Altera autem supra angustioris amplioris infra. Cuius & ipsius rationis vsus per totum corpus fuerit. Quemadmodum autem diximus bifariam superficiem cubi supra & infra variatam efficere diuersas facies, Ita hinc & illinc, id est, dextri ac sinistri lateris mutata superficies, diuersas facies reddit. Nam si prior, id est, quæ ad dextram est superficies dilatetur, posterior, id est, quæ ad sinistram contrahatur, Itémque contra, si hæc contrahatur, dilatetur illa. Et partium lineæ, itémque formæ deligentis adminiculo congruenter inscribantur, Exit prioris modi facies, ante quidem seu à fronte amplior, post verò seu à tergo angustior, posterioris autem modi facies, ante quidem angustior post autem amplior. Quæ omnia in subiectis exemplis cernere licet. Sed de hac ratione poteris vel superne deminuere, vel inferne quasi recidere quadraturam cubi, sicut & nos hoc ipsum in exemplis effinximus.


Est & alia ratio si rhombum cubicum facias duobus angulis oppositis acutis, & alteris duobus oppositis obtusis. Hæc bifariam vsurpari poterit. Primum vt anguli acuti ad frontem & verticem collocentur, caput posteriore parte sui ac mentum obtusis accipien-


tibus. Secundo si hoc inuertatur. Quorum omnium exempla habes subiecta. Sed prior facies acutam frontem, altera caput posteriore parte sui acutum exhibet. Atque hæ facies à principali prorsus discrepant. Quicquid autem in cubo descriptum fuerit, id vniuersum, variato illo, mutatur, siquidem distributio partium conueniens per deligentem seu Variantem seruata fuerit.






















Variationes capitum ſupra poſitæ ex ipſius omnes cubi variatione ductæ ſunt, & de principali facie mutatæ omnibus partibus deligentis miniſterio conuenienter expreſsis.In ſequentibus autem alias quoque variationes demonſtrabimus in ipſius principalis capitis cubo, Qui quidem remaneat idem & æqualis,ſed partium poſitura diuerſa,motis loco ſuo lineis tranſuerſis ac obliquis,quibus illarum altitudines deſignari notum eſt. Quod ipſum


tamen & in variato cubo fieri poſsit. Hæc via latiſsimè patet ad innumerabiles differentias exprimendas. Sed vt ad rem veniamus. Proponatur principalis capitis facies, Inque illo notentur primum præcipuarum partium altitudinis tranſuerſæ lineæ, quæ ſunt numero tres. Vna k. quæ eſt ſummæ frontis. Altera l. quæ tranſcurrit ſupercilia & ſupra radit aures. Sed tertia m. naſum definit. Hæ igitur lineæ cum loco ſuo mouentur ſurſum deorſúmve interuallorum diſcrimina exiſtunt, fiúntque ſpatia altiora aut humiliora: Quicquid autem hac motione linearum vni ſpatio deceſſerit, idipſum accedere alteri neceſſe eſt. Iſto modo attollere vel comprimere ſingulas partes in facie quiſque poterit. Quod autem dictum eſt de motione trium nominatarum, Idem & de aliis ſ. r. q. p. o. intelligendum, ſiue ordine illarum conſeruato, id eſt, vt παράλληλοι maneant, Siue illis obliquatis, quo fit vt hinc ampliora, illinc anguſtiora ſpatia efficiantur. Secundum hanc rationem poterunt variari omnia, quæ de nominibus prolixitatis, breuitatis, diſtenſionis, contractionis, craſsitudinis, gracilitatis, diuerſa intelliguntur. Singulæ autem tranſuerſæ lineæ trifariam loco ſuo moueri ſolent, Surſum, deorſum, obliquæ. Licet etiam ſimul vniuerſas ſurſum deorſúmve, aut dimidium harum ſurſum, dimidium item deorſum, ferméque in omnes partes pro arbitrio, & tranſuerſas & perpendiculares moueas. Sed ſi quid mutaris, quod conueniens cum principali, id eſt, eo vnde mutatum fuit, eſſe volueris id deligentis adminiculo componere debebis. Dici non poteſt quæ occurrant, quamque admirabilia iis occurrant qui in harum rerum exquiſitione cum ſtudio & induſtria verſentur. Pro eo autem ac faciem exprimendam propoſueris, deſcribes lineas rectas, de quibus forma apta & reſpondens voluntati tuæ deſignetur. Diximus autem antea quoque, pro motione tranſuerſarum interualla inæqualia exiſtere: Vnde ſi propinquas illas feceris, in quibus hoc partibus acciderit eæ breuiuſculæ fient, Si diſtantiores, harum fient partes longiuſculæ. Quæ ad vtrumuis modum effictæ iuxta perpendiculares in obliqua facie craſsitudinis & gracilitatis diſcrimina afferunt. Sed qui hæc in manus tractanda ſuſceperit, is etiam cogitabit quid quantúmque ſibi mutationis, rerum natura permittat. Horum ipſorum quæ dicta ſunt tale eſto exemplum. Proponatur principale caput, quod libro primo, primo loco deſcripſimus, Huius perpendiculares lineæ omnes relinquantur immotę. Sed cum tranſuerſis ſic ages, vt tres lineas k. l. m. diſtribuas intra I. n. In quatuor æqualia ſpatia, quibus præcipuæ partes includantur: Poſtea beneficio deligentis, repones conuenienter reliquas lineas, nempe o. l. p. q. r. s. Hæc forma mihi propter æqualitatem elegans eſt viſa, Eámque obliqui aduerſique capitis ſubiecimus expreſſam.




Sed obſeruandum faciem in capite alicubi longiuſculam, alicubi verò breuiuſculam eſſe. Quare ſcies ſi facies oris valde prolixa ſit, capitis teſtam effici compreſsiorem. Ponatur igitur in exemplo tanta altitudo in facie oris, vt linea k. imponatur in lineam I. vtque poſtea deligentis adminiculo reliquæ lineæ intra k. n. nempe o. l. p. q. m. r. s. conuenienter diſtribuantur. Videbis igitur per hanc elationem, radicis capillorum deſignationem excludi. Contra ſi faciem oris malueris breuiuſculam, videbis teſtam altiorem, & exire acutulam.


Sit igitur in iuxta poſito differentiæ exemplo. Ea breuitas in facie oris vt linea k. ſtet infra I. vna parte 3. totius altitudinis I. n. Vtque reliquæ lineæ o. l. p. q. m. r. s. adminiculo deligentis diſtribuantur, cernéſque effici quod in ſubiecto exemplo apparet.







Eſt & talis capitum variatio, Vt quadrilaterum cubi, principalis ante, id eſt, ad dextram contrahatur, poſt, id eſt, ad læuam diſtendatur, ídque ἀναλόγως, vt quantum vni loco deceſſerit tantum accedat alteri. Similis ratio eſt contrarij modi, Si ante diſtendas, poſt verò contrahas. Atque in his ad hunc modum variatis quadrilateris, omnes partes conuenienter, vt fieri debet, diſtributæ, tales facies repræſentabunt, quales in depreſsis, vt loquimur, fundamentis binis ſubiecimus.











Hoc loco etiam sciendum omnes transuersas lineas, quadam certa quam paulò pòst explicabimus, ratione, posse dimoueri. Ita vt spatia supra fiant longiuscula. Quod ipsum & inuertere liceat, & in vtralibet dimidia parte faciei, & in quibúsuis transuersis lineis vsurpare. Sunt autem maximè euidentes contrariæ. Vt si nunc deorsum trahas, quam prius sursum moueris vel transuersam vel perpendicularem lineam. Nunc igitur deinceps describam aliquot capitum facies ostensurus exemplis quo modo de præceptis nostris opus eleganter effingi possit. Quo ipso confido me studia cupiditatémque multorum excitaturum ad alia & maiora & meliora inuenienda, quàm nos demonstrauerimus. Sed ad rem. Primum sit hoc propositum mutare vniuersas lineas, ita vt nulla in parte congruentia remaneat. Seu frontem longam vel breuem, Seu nasúm longum vel breuem, Siue mentum similiter longum vel breue esse velimus. Si igitur lineam transuersam l. multum sursum moueris versus lineam k. Designabitur frontis spatium breue nasi autem longiusculum, intra l.m. contra si lineam l.deorsum moueris versus lineam m. includet spatium k.l.frontem longum. Sed l.m.nasum breuiusculum. Si relinquatur linea l.& moueatur sursum linea m. Nasus quidem erit breuior in spatio l. m. sed bucca & mentum longum. Sin linea m.deorsum moueatur, Nasus erit longior in spatio l.m. bucca verò & mentum astrictius. Iam fac vt distent longius inter se lineæ duæ k.m. Ita vt k.propè l. statuatur m. verò propè n. Tum erit caput summum & mentum ac bucca breuior, admodum autem frons & nasus longus. Fac contra vt k.m. transuersæ minus longè distent inter se, & cernes caput summum & mentum cum bucca longiusculum euadere, sed breuem frontem ac nasum. Rursus moueantur sursum k.l. & erit caput summum cum fronte breuius. Postea reliquis intra l.n. lineis deligentis ope distributis, exibit nasus longus. Itémque longum mentum cum bucca. Inuerte hoc ipsum & habebis excelsum in summo caput, frontémque longiorem, Sed nasum breuiorem sicut & buccam cum mento. Rursus esto elatior k.ad l. linea autem m.demissior ad l.quæ sit immota. His designabitur pressum supra caput, frons longa, labra mentúmque maiuscula. Inuertatur hoc ipsum, vt sit demissior linea k.l.& linea m. ad n. Designabitúrque supra caput arduum, frons breuis, nasus longior, bucca & mentum breuiusculum. Possem in harum rerum expositione pèrquam esse copiosus, sed visum est breuitati studere. Hoc obseruabis, qui hæc vsurpare voles, diligenter, Vt ita dimoueas admoueásque lineas inter se, ne rerum naturæ effingendarum vis afferatur, vtque facies institutæ hominum humanum retineant modum. Sed quæ diximus de lineis tribus k.l.m. eadem intelligi debent & de reliquis o.p.q.r.s. Quin etiam perfectis his ad eum variationis modum qui cuíque placuit, Sic tamen vt omnes lineæ παράλληλοι remanerent, licet insuper aliquis variet propositas facies obliquandis iisdem lineis, vt vel à fronte vel à tergo declinent, seu vniuersæ siue aliquot harum. Pręterea licet etiã mutetur positus linee obliquæ, quæ in principali capite vna descripta fuit à radicè capillorũ adextimũ nasum. Licet etiam mutilentur transuersæ particulis sursum deorsúmve, & perpendiculares iisdem prorsum aut retrorsum motis. Quod ipsumet in obliquis fieri possit. Sed & post has omnes pro cuiusque arbitrio institutas mutationes liceat & spatia intra particulas transuersarum, vbi mutilationes factæ fuerint mouere sursum, deorsum, prorsum, retrorsum. Hæc autem perspicuè satis dici nunquam possunt, quare ad exempla & opus cuíque est accedendum.


Quia autem dixi lineas mutilari, vt intelligatur quid senserim, Sit exempli causa proposita linea a.b.in qua vbicũque lubitum fuerit notetur punctum c. Vbi quasi fractæ lineæ frustula dimoueantur vnum sursum, alterum deorsum. Ita erunt duæ particulæ mutilationis in quas longitudo proposita quasi fracta fuit. Item scribantur in proposita linea duo puncta c.d. & rescindatur quantum his duobus punctis longitudinis occupatum fuit, eáque quasi defracta particula sursum deorsúmve moueatur. Exemplum subiecimus de transuersis: Sed eadem sunt de perpendicularibus & obliquis etiam intelligenda, quarum similiter particulæ prorsum aut retrorsum moueantur. Quo exemplo perspecto poteris & supra descriptas facies aspicere effictas secundum descriptionem & sententiam nostram.




Hæc facies habet tantummodo ſurſum elatam lineam.l.




Hæc contra eandem ſolam demiſſam.




In hac facie ſurſum mota eſt ſola linea.m.




In hac eadem linea.m.ſola deorſum mota eſt.




In hac facie linea k.elatior.m. verò demiſsior eſt.




Contra in hac.m.elatior k.verò demiſsior.




Hæc facies habet duas lineas k.l.valde elatas,ſed.m. in medio.l.n.ponitur.




Hæc verò admodum demiſſam habet.l.&.m.ſed.k. ſtat in medio.I.l.




In hac facie eſt.k.&.m. ſurſum mota.




In hac contra.k.&.m. mota deorſum.




Sunt præter dictas motiones harum trium linearum.k.l.m.& hæ duæ,prior,vt ſummum ſpatium intra.I.k.ſit altiſsimum,proximum autem intra.k.l. minus al tum,minus etiam ſequens intra.l.m.minimè verò imum intra.m.n. In altera hæc inuertuntur ſed conuenienter,vt ſubiectis exemplis declaratur.






Maximè autem existunt varietates si lineæ rectæ παράλληλοι cum transuersæ tum perpendiculares mutilentur obliquentúrve. Quare vbi vsus poscet hæc quæ diximus mutilata & obliqua diligenter considerabuntur, quæ vt intelligi melius possint. Exponemus sententiam nostram exemplo obliquationis. Nam transuersæ singulæ hinc vel illinc attolli demittiue poterunt, & perpendiculares supra vel infra promoueri retrahiué. Sed nondum rectæ tamen esse illæ desierunt, Quare poscente rerum insuper & curuabuntur in sursum deorsúmve, prorsum aut retrorsum flexos arcus. Necnon & in alternantes illas & quasi reptiles curuaturas, mutilatione ne ipsa quidem prætérita. Demonstremus hæc in frontis & superciliorum linea. Nam & illa hinc vel illinc attolli demittiue poterit. Et hæc quanta est intra perpendiculares defringi & sursum deorsúmve moueri, Etiam ipsa in medio mutilari, atque ita sursum deorsúmve flecti in ipsius mutilationis loco, pro re enim nata oculum torquere in effictione sursum deorsúmve licet. Sed & angulorum linea quanta fuerit defringi, & hinc attolli illinc demitti solet, vt obliqua fiat, Sicut videmus in horariolis, quæ compassa vocant, lingulam à linea meridiana obliquæ discedere, atque hac ratione anguli interiores exterioresve profundi magis minúsve efficientur. Frangatur nasi linea, ita narium eminentiæ attollentur demittentúrve, quod ipsum debet & de bucca intelligi, & maxillis posteriore parte sui sursum deorsúmve motis. Est etiam admodum diuersum in faciebus obliquis, collum propius admouere ad mentum, aut longiusculæ retrò abductum obliquare, Quarum illæ quasi humiles terram spectare, hæ sublimè & rectum intueri videntur. Superest aurium locus qui & ipse similiter moueri poterit, sursum, deorsum, prorsum, retrorsum. Itémque obliquari in vtranque partem pro cuiusuis arbitrio. Hunc etiam ipsum locum ampliusculum, angustiorem, breuiorem, longiorem, distensiorem, contractiorem, facere licebit. Est enim in humanis faciebus cernere alicubi aures quasi complanatas ad tempora alicubi erectas & eminentes, Ex his arbitror facilè studiosos lectores perspecturos sententiam nostram de mutationibus rerum propositarum, Nam cum viderint quibus rationibus recta & perpendicularia curuari obliquaríue, ac inæqualia fieri possint, sine labore magno inuenient, & altitudinum decurtationes. Et crassa quomodo gracilia faciant, & recta inflectant. In mutatas autem lineas sicut ostendimus, quis non intelligit, si forma deinceps describatur, quanta diuersitas futura sit inter hanc & illam vnde hæc fuerit mutata? Inter hæc faciat quisque vt diligenter meminerit discriminum supra & initio memoratorum, ex quibus animaduertet triplicem maximè diuersitatem aspectuum in obliqua facie. Vnam rectam. Alteram procuruam & orbiculatam seu fornicatam, vt sint omnia tanquam in lepusculi ore quasi proiecta. Tertiam incuruam, id est, lacunatam siue repandam. Sed hæ procuruationes & incuruationes non modo curuis, sed etiam rectis lineis designari poterunt, nec integris modo verum etiam mutilatis. Quæ tota ratio versatur in additione & detractione. Et hæc triplicis modi diuersitas, vt dictum est, ad infinitas mutationes faciet. Iam ipsas has facies aut argutius & acutiusculæ, aut contra spissius & planiusculæ effingi poterunt. Hæc autem discrimina triplicis modi subiectis exemplis proposuimus.

Recta facies. Orbicularis seu fornicata. Lacunata siue repanda.




Sunt præterea duæ differentiæ obliquæ faciei quæ ſic quaſi in Rhombi figura deſignantur vt relinquatur tranſuerſa vtráque ſupra & infra παράλληλος, ſed duo recta latera obliquentur παραλλήλοις tamen & ipſa: Ita vt in comparatione laterum obliquorum lineæ ſupra concurrant infra diſcedant. Ita erit in priore à fronte angulus ſupra acutus infra obtuſus, cui à tergo reſpondeat ſupra obtuſus, vt infra acuto acutus. In altera erunt hæc inuerſa. Duo facto debebunt de tranſuerſis omnes partes diſtribui, Sed tamen non quadrabunt ad perpendiculum demiſſæ per tranſuerſas lineæ, Verum obliquæ omnes exiſtent. In prioréque facie proniuſculam formam in altera ſupinulam lineamentis inductis expriment, Sicut in ſubiectis exemplis apparet.

Facies prona.



Facies reſupinata.




In his ſic quemadmodum oſtendimus mutatis faciebus, non ſecus atque de ſuperioribus tradidimus, Tranſuerſę omnes & per eas perpendiculariter aut obliquæ ductę lineæ rectæ poterunt moueri locis ſuis. Sed & de motionibus earum linearum, quæ per tranſuerſas perpendiculariter obliquæve ductæ, partium in latum & denſum ſpatia demonſtrant, nunc quoque deinceps explicandum reſtat, Nam cum in propoſito quadrilatero faciei aduerſę latus prius erectum a. poſterius b. literæ nota inſignitum, Intérque hęc diſtributio partium per lineas ſex harum literarum notis c.d.e.f.g.h. in ſeptem æqualia ſpatia collata fuerit, pro vniuſcuiuſque arbitrio poterunt & hę lineę potrudi aut retrudi vel omnes vel aliquot, poterunt & ipſis incluſa ſingilatim ſpatia prorſus moueri retrorſúmve. Atque ita exiſtent variationes latitudinum & denſitatum, vt facies craſsior, gracilior, diſtenſior, contractiórve appareat, quemadmodum de tranſuerſis longiores & breuiores partes fiebant, Itaque ſimiliter & hanc in rationem incidit addendi & demendi modus. Sed ſciendum, quicquid de rectis & perpendicularibus pręcipitur idem & de curuis & obliquis lineis accipi debere. Atque hęc requirunt attentionem non mediocrem, Velut, hinc enim ordiemur, de frontis circumductione & procurſu quicquid demitur, naſi prominentię adiiciendum. Eadem erit & inuerſionis ratio. Sed hęc deſignari licebat per lineas curuas & arcuum huc & illuc cornibus verſis, itémque per rectas mutilatas. Atque ita omnibus partibus facere poteris in facie obliqua. Vnde apparet in mutatione figurę contraria ſemper concurrere, Vt cum vnam partem protruſeris aliquam, alteram propinquam ſupra aut infra retrudi neceſſe ſit. Déque hoc efficiuntur diſcrimina partium ad craſsitiem diſtenſionémve, gracilitatem vel contractionem, Iam verò variatis partibus in facie, vt in toto, per tranſuerſas lineas ductis perpendicularibus aut obliquis, Non ignorandum vſum eſſe in ſingulis partibus etiam minutiſsimis non ſecus ac in tota facie horum diſcriminum quæ de tota facie ſupra expoſuimus, Rectam illam eſſe aut orbicularem aut lacunatam, Vt exempli cauſa ſi frontem rectam, id eſt, planam orbiculatámve au lacunatam eſſe velis, Aut naſum, labra, buccam, mentum, ſimilitérque omnes partes alias. Sciendum etiam lineam qua capitis obliqui rotunditas deſignetur vario modo duci poſſe, Apparet enim in hominum figuris vnius caput planiuſculum, alterius acutius, alicuius etiam quaſi ſcrupoſum, Atque omnino in tanto naturæ ſtudio diuerſa faciendi omnia, infiniti ſunt varietatis etiam iſtius modi. Dicamus deinceps de obliqua linea, quam naſi deſignandi cauſa duci oſtendimus, Ea poterit ſupra reclinari ad lineam perpendicularem d. Vt διαγώνιος inde ſit


ad transuersam.m. Poterit & erectiuscula duci ex medio.a.c. poterit & proclinari supra ad perpendicularem.a. In huiusmodi conuenientiam maximè probo, quæ venustatem complectitur, cum quasi aliena & prærupta omnia inusitata & admirabilia videantur. Ita licet, exempli gratia. Dicamus non esse venustam faciem cum elato aut presso vertice, quarum illa caput habet acutius, hęc planiusculum. Relinquitur igitur in medio conueniens rotunditatis caput, quale venustum esse omnes sentiunt. Quod vt dixi, exempli gratia nostræ doctrinæ à nobis est positum, nō probationis, media omnia esse optima. Sed, vt nunc, hoc, rectè dicitur. Vt autem in tota facie est inuenustum prolixam illam esse nimis, aut minis curiam. Ita de partibus multa est deformitatis discrimina colligere. Veluti frontem esse longiorem, breuiorem sinuosam, aut quasi scopulosam. Iam nasonibus istis videmus esse longos, nodosos, propendulos nasos.

Contra alij nasis sunt breuibus, intortis, symis, crispis, glomeratis, supráque depressis alij, alij extantibus. At oculi aliis paruuli & quasi delitescentes, alijs sunt magni & exerti. Aliqui semi apertis quasi suillum obtuentur, conniuentque magis superiore quàm inferiore palpebra. Aliqui latissimè penitus patentibus oculis aspiciunt. Sunt & quibusdam alta, quibusdam quasi incumbentia palpebris, non etiam nullis propendula supercilia, quæ & ipsa tenuia aliis, aliis densa insunt. Sed labeonibus crassa, carnosa, grandia, glomerata labra sunt. In aliis arguta & gracilia. Aliquibus superius labrum elatius est inferiore, aliquibus contra hoc illo, crassius est etiam sæpe vnum altero. Sæpe intra nasum & labrum altiusculum spacium, alicubi hic in labrum insidere videtur. Præterea est vbi mentum obtusum magnúmque sit. Est contra vbi acutum & paruum. Est & alicubi mentum à collo longius distans. Est & quasi ad collum attritum, alicubi prolixum, alicubi curtum. Quæ suis lineis transuersis, vt indicatum est, designantur. Sunt etiam nonnullæ facies ad scalarum modum inæquales, idque bifariam. Nam aut supra prominent maximè, Infráque magis ac magis retrahuntur, Aut inferne prominentes gradatim sursum scandendo recedunt. Hæc mutilatis lineis designantur. De quibus quamuis multa tradi possent, quo pacto etiam in minimis partibus vsurpari posint, Sed hæc tamen ipsa studiosi experiundo facile inuenient.


Hoc loco sciendum permitti vnicuique plures facere numero quàm nos fecerimus, aut etiam pauciores lineas transuersas perpendiculares & obliquas. Siue maioris certitudinis, seu vitandi laboris caussa. Permittitur etiam rectas lineas, si res poscere videatur, vnicuique curuare pro arbitrio suo, Quæ omnia quo melius & rectius qua de sententia animi mei præscripta sint, intelligi posit, subiicere placuit varia exempla figurarum de quibus memorauimus. Harum diuersitates designatas apparet mutatis perpendicularibus transuersis, obliquis, mutilis lineis nonnullis & curuis, ad quas postmodo congruentia formæ expressa fuerit. Hæc multum proderint iis qui absque exemplo scripturam nostram non facile potuissent intelligere. Sed variationis huius infinita est ratio. Nam & vnius forma transferri in alteram, & misceri omnium à prima ad vltimam poterunt, omninóque difficile dictu est quid his in rebus licentiæ concedatur operi, quod quidem ipsum debet in frequentibus mutationibus versari, Sicuti & nos in exemplis omnes perpendiculares & transuersas temere dimouimus. Itémque easdem obliquauimus planè, vt libido tulit audacissimé. Tum deinde formam expressimus congruam vnde quid exierit licet intueare, Sed non obliuiscendum, si quid oblique faciei de densitate detrahatur, id adiici latitudini aduersæ. Et contra, Illi si quid adiiciatur, huic detrahi oportere. Non autem ignorandum has varietates magis seruire discriminibus quam venustati formæ, Quas plurimas designare vsus caussa admodum profuerit. Neque adeò venusta forma per se, & absque comparatione ad inuenustam cognosci queat. Qui igitur sciet quid deceat, idem & quid deforme sit sciat necesse est.

























Restat vt de aduersarum facierum mutatione,deque illarum varietatibus dicamus,Sed quia de omnibus obliquis faciebus in aduersas,traducendi transuersas lineas vna ratio est, beneficij nimirum transferentis,Ideo de varietatibus transuersarum nunc quidem verba facere superuacaneum fuerit. Tantum hoc monebo transuersas, & in aduersa facie obliquari posse,vel omnes vel aliquot.Nam ita facies distorquētur, similiter vt cum totius cubi vnum latus demittitur alterum attollitur. Pergamus igitur ad tractationem perpendicularium,quæ cum intra latera.a.b. his notentur literis de doctrina nostra.I.g. c.d.e.f.h.k. Et præcipuas in facie partes designent,vt frontem,oculos,nasum,aures,buccam,mentum,Sciendum harum singulas aut aliquot simul,aut etiā vniuersas moueri locis suis posse,Ita quo longius inter se distabunt, eo erit partium latitudo maior,quo aderunt propius,eo erit illa minor. Sed & sic describuntur supra vti quasi concurrant, infra discedere à se videantur, aut contra.


Describuntur & flexæ,Tum desinunt perpendiculariter cadere,sed aut obliquæ aut curuæ fiunt, De hac ratione in forma expressa cernes frontem distēdi aut contrahi,oculorum inter angulos vastula aut angusta spaciola, interque eosdem maiuscula aut minuscula interualla.Poterunt & inæqualiter magnitudine & loco designari oculi,palpebræ,supercilia, Cernes & nasum hic distendi illic contrahi, supra inquam vel infra Eundem & rectum & incuruum,glomeratulum aut acutulum,teretem aut nodosulum, qua partē nares subsunt angustiorem naribus ipsis amplis.Vel contra supra nares distensiorē, naribus ipsis contractis,Idem licet dicamus de distensione aut contractione buccæ, menti, maxillarum. Idem & de singulis partibus quæ supra contrahantur, infra distendantur aut cōtra. Hac via inæqualis distributionis efficiuntur gibbosæ aut distortæ & alienæ multis modis facies, Veluti aut angusto aut sparso ore.Curuis,crassis,paruis,magnis labris, aut etiam inæqualibus.Maxillis distentis,contractis,acutis,obtusis, apparente iunctura aut minus, Hæc omnia & huiusmodi diuersitates studiosus & experiens lector debebit enucleare,Vnde multa admirabilia poterit eruere,quæ sub his latent.Hoc vero certò nihil est certius,Intelligentes deformitatis & turpitudinis facilè perspicere, quid sibi in opere ad venustatem instituto vitandum sit.Quo quis autem longius à prauitate recesserit,hoc propius ad pulchritudinem accedat necesse est. Cui hæc erunt manifesta, Is quid à quo & qua ratione differat facilè & planè intelliget,Idque non solum in picturis, sed illis etiam operibus quæ cœlo & scalpello elaborantur accidere necesse est, Quæ qui tentarit hac ratione ignorata, quamuis aliquid concordans & æquale expresserit,tamen id fortuito non ex artē effectum constat.

Sed ad propositum reuertamur, Aliter apparet facies imposita collo procero & gracili, aliter breui & crasso,Præterea animaduertenda lineamenta oris, quæ alicubi sunt grandia & plena oculis,naso,mento,alicubi tenuia & pressula.Facies etiam aliter apparent,Si capillatum sit aut rasum caput,capillo crispo aut recto,denso aut tenui, promisso, tonso, cincinato,laxo,humido,sicco, Si barbatum sit os aut imberbe. Deque barba eadem quæ de capillo diximus intelligenda, Horum nonnihil exemplis subiectis declarauimus, Cæterum virilis & muliebris capitis mutandi ratio eadem est, Tantum custodiri debet, vt sui sexus naturam vtrumque referat.Talibus etiam mutationibus percurri totum corpus poterit,& illius omnes partes perquiri.Sed quod monui,videndum ne virilis ac muliebris sexus con-

fundatur, Neque etiam ita mitabitur effigies viri, vt quaſi virilitas ipſa effeminetur, neque muliebris, vt ex illo genere imago in virile tranſeat, abſque enim etiam hoc latiſsima eſt mutationum via.

Cum autem omnes animantes in ſuo genere ſimiles inter ſe reperiantur, Sexus tamen diſcrimen fere euidens eſt, vt in hominum genere & beſtiarum. Præterea danda opera, vt hæc etiam ſexus diſcrimina in imaginibus hominum humanum modum retineant, Sicut & omnes beſtias naturæ ſuæ quendam modum retinere videmus. Nunquam enim Leo ita diſsimilis eſt aliorum leonum, vt aſinum referat, Neque vulpecula, vt lupus eſſe videatur, Quare vbique generis & naturæ proprietas conſeruanda.

Quid autem dicunt? qui ſic loquuntur, vt inquiant leoninam aliquem tueri aut vrſinum, Lupum eſſe vel vulpeculam, vel canem, Cum non certè quadrupedem eſſe ſentiant, Neque etiam ſimili corpore, aut membris ſimilibus eſſe aiunt, Sed ita notant animorum quandam ſimilitudinem, Dum ſignificant ſic ſe illos gerere vt certorum animalium naturas ingeniis ſuis referāt, Quod ipſum ad membrorum ſtatum minimè pertinet, neque permiſceri hæc debent. Non autem negari poteſt quin hominum maxima ſit inter ipſos diſsimilitudo, Sed tamen ita vt generis ſimilitudo ſibi conſtet, Idipſum in canum etiam genere apparet. Alij enim grandes, alij parui ſunt, & ſexcentis diſcriminibus inter ſe differentes, glabri, piloſi, diuerſorum colorum, Sed non ita tamen diſsimiles inter ſe ſunt, generis vt ſimilitudinē amittant, vtiue vulpes aut lupi eſſe videantur. Ex his patet mutationes & varietates rerum non ſtatim etiam naturas illarum euertere neque confundere, itaque facilè eſt canis figuram à feræ beſtiæ figura internoſcere, de qua differentia, ne iuſto ſim verboſior diſputandi finem faciam. Sed redeo ad illa quæ initio monui, vndeque hæc ſunt nata vitandam confuſionem ſexus, & in muliere virilitatem formæ, in viro muliebritatem.



Nunc deinceps monſtrabo aliam viam ad menſuram nouam propoſitæ imaginis, Si quis facere craſsiorem graciliorémve, diſtenſiorem vel contractiorem voluerit. Hæc duabus lineis continetur, quibus mutatio efficitur, quomodo ſupra de longitudine & breuitate oſtendimus, ſed aliter, hócque modo. Si propoſitæ imaginis altitudinem habueris, vt illam quæ eſt eius vnde nouam effingere voles facturus per tranſuerſas craſsiorem aut graciliorem, diſtenſiorem contractiorémve. Iam nota igitur eſt altitudinis habitæ linea. Aliam igitur conſtitues ad menſuram denſitatis & latitudinis, Si quidem imaginem volueris exire ampliorem, erit ea linea longior, breuior autem ſi anguſtiorem, quam diuides in ſuas præcipuas partes beneficio Variantis, atque ita menſurationes accommodabis ad mutationes imaginis propoſitæ. Ita conuenienter exibunt de linea longiore omnia craſsiuſcula & diſtenſiora, de breuiore gracilia & contracta magis. Harum linearum duum figuram inferius expreſsimus. Indidimúſque nomen Geminis, propter modum vſúmque duplicis lineæ ad vnam menſurationem. Hæc deſcriptio ita ſe habet. Primùm Lineam ſtatues rectam ad perpendiculum altitudinis notæ, quæ ſit.a.b. hæc debebit omnium partium ſuarum diſtinctione eſſe inſignis, Tum infra tranſuerſam ad normam adiunges, eáque erit breuior, aut longior pro arbitrio tuo, ſintque huius notę. b.c. Ita habebis trilaterum rectangulum deſignatum. a.b.c. Hac tranſuerſa, beneficio Variantis, aut ſanè diuidentis cuius ratio in primo libro explicata eſt, de nouo diſtincta conuenienter ſecundum altitudinis lineam, figura iam erit Geminorum perfecta, qua poteris ad menſurationem omnium partium denſitatis & latitudinis vti.

Geminorum etiam vſus ad menſurationem altitudinis pertinebit. Nam linea erecta.a. b. ſi prolixior facta & beneficio Variantis de nouo diſtincta per altitudinem ſuam fuerit, Iam habebitur mēſura longioris imaginis ſed gracilioris. Vtra igitur cúnque harum duum linearum fuerit mutata, in menſuratione propoſitę imaginis diuerſitatem afferet. Si igitur voles ſuam propoſitę imagini altitudinem conſtare, ſed graciliorem aut craſsiorem modo fieri, Tranſuerſa mutata pro voluntate tua vtere, Sin denſitatem & latitudinem retinere volueris, ſed longiorem aut breuiorem ſtaturam facere, vteris altitudinis linea ad expoſitum modum mutata. Ita vides vtrumque latus Geminorum, rectum inquam & tranſuerſum, ſuas peculiares ſortiri diuiſiones, pro diuiſionis modo expoſito initio ſtatim libri primi, hoc etiam loco caue obliuiſcaris harum particularum nimis & parum.

Hac in partè ſtudioſum lectorem admonitum velim, vt animaduertat, ſicut de vſus crebritate facilè apparebit, quam admirabiles menſurationes de duarum linearum vnius breuitate, alterius longitudine perfici poſsint, Multóque adeo ſi magis alterutra in metiendo punctim moueatur, multóque maximè ſi vtraque. Perſpicuum hoc erit perito architecto quod dico, Et mirifice difficultates, vt videntur, hac ratione facillimè explicabuntur.








Figura Geminorum.

Ponatur autem à nobis exemplum huius rei. Sitque proposita effigies illa in libro primo muliebris post primam virilem efficta. Hanc igitur Geminorum auxilio primum densitate & latitudine contractiorem, deinde extensiorem facere propositum sit. Sed sciendum si his mutationibus figura humana nimium fortè à verò alienata fuerit suúmque modum amiserit, vt si quæ partes densitate ac latitudine auctæ nimium, aut eisdem minutæ sint, Tum correctione harum corruptam figuram instaurari debere, addendo minuendóve, quod quale sit de supradictis planum esse confido. Sic ergo principalem illam effigiem ad gracilitatem & crassitudinem perfectam correximus, primum vt de capitis aliquantulum altitudine abscinderemus, Non quidem supra deminuendo, sed infernæ sursum contrahendo, vt fieret à summo capite ad imum vsque mentum altitudo duarum. 15. Inque hanc altitudinem partes faciei æqualiter distribuimus. Scapulas à linea menti ad humeros aptè protraximus. Sed pedem cuius quadrilaterum esset hac ratione abbreuiatum, produximus ad vnam. 13. & vnam. 14. Femur etiam ac crus castigatiuscula accommodauimus. In exemplo crassioris imaginis reliquimus ferè descriptionem principalis imaginis, Illud modo sub mento palearculum maiusculum fecimus, Et scapulas sursum ab humeris ad collum abduximus, Sed & nates infra suam lineam aliquantulum rotundauimus, ne succinctiores iusto essent. Crura etiam obliqua nonnihil castigauimus. Similiter & aduersa iuxta talos. Pedis autem longitudo obtinet vnam. 6. Cæterùm de capite idem facere poteris, quod de virili modo factum à nobis ostendimus, Vtriusque autem modi gracilis inquam & crassi effigies subiecimus.


Summum.
Caput.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Iugula.
Supra mā-
mas.
Alæ.
Papulæ.
Infra mam-
mas.
Cinctus.
Vmbilicus.
Femur.
Ima aluus.
Ima pubes.
Extremæ
nates.
ſupra genu.
Mediū ge-
nu.
Infra genu.
Imum ſuræ
exterius.
Interius.
Summus.
monticulus
pedis.
Summum
tali exterio.
Planta.






Summum.
Caput.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Iugula.
Supra mā-
mas.
Alæ.
Papulæ.
Inframam-
mas.
Cinctus.
Vmbilicus.
Femur.
Ima aluus.
Ima pubes.
Extremæ
nates.
Supra genu
mediū genu
Infra genu.
Imum suræ
exterius.
Interius.
Summus
monticulus
pedis.
Summū tali
exterio.
Planta.




† Neminē offēdat plures nominari transuersas in exemplo hoc quam in principali propter illius proceritatē etsi disertius poterāt hæc dici.

Ponam etiam exemplum gracilitatis alterum. Sit principalis effigies virilis illa quarto loco expoſita in libro primo, Ad huius altitudinem adiunctam tranſuerſam, facies parte vna. 6. quàm illa ſit breuiorem, Atque ita partiere de nouo beneficio variantis. Altitudinis quidem per tranſuerſas diſtinctæ partes remanēt, vt deſignatæ ſunt, † Tantum alæ ſurſum nonnihil attrahentur, vt humerorum ſit congruens effictio, neque nimia craſsitudo. Pectoris etiam inferior linea omittetur, & mammæ in alarum priſtina deſcribentur linea, vt ſuperiuſculæ ſint. Tranſuerſas etiam ſupra pedem nonnihil deprimes, ne monticulus altior iuſto exiſtat. Atque ita attribues imagini de Geminis denſitatem & latitudinem ſuam, eámque gracilem & exilem effinges. Quam ſi longam eſſe volueris capitum propriorum. 10. licet ita facias, Sed ſic vt frontis linea valde ſurſum moueatur, reliquis altitudinis huius æqualiter diſtributis. Hoc verò modo ſummoto capite, exit admodum proceri colli effigies, pedis autem longitudo eſto vnius. 7. Quæ quo facilius aſſequi quiſque poſſet, ſecundum noſtram doctrinam expreſſa ſubiecimus. In muliebri etiam effigie fiet de motione & omiſsione in tranſuerſis ſimiliter, vt de virili oſtendimus.


Summum.
Caput.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Summæ
scapulæ.
Summi humeri.
Iuguli.
Pectus.
Alæ.
Mammæ.
Infra mammas.
imum Thoracis.
Cinctus.
Vmbilicus.
Cinus coxæ
Femur.
ima aluus.
Verenda.
Extremæ nates.
Feminissulcus.
Supra genu exterius.
Supra genu interius.
mediū genu
infra genu exterius.
infra genu interius.
imum suræ exterioris.
imum suræ interioris.
monticulus pedis.
imum exterioris tali.
Planta.


Summum.
Caput.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Summæ scapulæ.
Iuguli.
Alæ.
Papulæ.
Infra mammas.
Cinctus.
Vmbilicus.
Femur.
Ima aluus.
σχίσμα.
Ima pubes.
Extremæ nates.
Sulcus in femine.
Supra genu
Mediũ genu.
Infra genu.
Imum suræ exterioris.
Imum suræ interioris.
Monticulus pedis.
Imum exterioris tali.
Planta.

In ſequentibus alium etiam modum oſtendam mutandi imaginem propoſitam, qua illius altitudo, certa tamen ratione & via peruertatur: eáque menſurationum in ſingulis partibus pro cuiuſque voluntate, ſupra aut infra altitudines extolluntur aut aſtringuntur, remanentibus denſitatis & latitudinis per tranſuerſas ſpatiis inuariatis. Poſſet tamen imago quæ eſſet ſupra facta elatior, conuenienti etiam modo attenuari & contrahi, Sicut quæ ibidem eſſet facta aſtrictior, denſari & diſtendi. Quod quidem quo pacto futurum ſit primùm exponemus. Ducatur linea tranſuerſa quæ ſit.a. b. Infra hanc ponatur punctum.c. Quod ſi volueris ſupra partes valde dilatare, facies eſſe.c.punctum propius lineam.a.b. Sin mediocriter voles dilatare facies longius abeſſe. Scies autem lineam.a.b.deſignare plantam imaginis. Tum aliam duces tranſuerſam παράλληλον, Ita longè remotã ab illa inferiore.a.b. quantæ volueris eſſe imaginem altitudinis, ea ſit.f.g. Ex hac perpendiculariter demittetur in inferiorem linea, in qua diſtinctio partium altitudinis conſtituatur, Ea ſit.h.i. Poſt hæc tranſuerſam facies tranſire hanc perpendicularem, quæ erit media intra. f. g. & a. b. ſitque hæc.k.l. Quibus factis ducentur lineæ trãſuerſæ partium, per omnia puncta diſtinctionis in perpendiculari.h.i. Deinde ex puncto. c. quod ſtet infra perpendicularem educes ſurſum duas lineas tam longè quàm videbis ferre ipſam rem. Has oportet ſic ſe habere vt fixæ in puncto.c.ſupra diſcedant à ſe mutuò, mobiles enim eſſe debent. His menſura amplitudinis & anguſtiæ continebitur, harum notæ ſunto. d.e. Propoſita igitur parte quæ amplior anguſtiórve effingatur ſic facies, Partis illius mutandæ lineam tranſuerſam denſitatis aut latitudinis, vbicunque illa ſita fuerit, ſiſtes in mediam.k.l. Ita vt.h.i.mediam ſecet tranſuerſam illam mutandæ partis lineam. Poſtea vtrinque mobiles illas lineas, quas diximus in puncto.c.fixas à ſe mutuò diſcedere oportere. Illarum igitur vtrimque vnam applicabis ad extremum lineæ tranſuerſæ partis mutandæ. Ita iacentis, vt eſt dictum in linea. k. l. Cum ergo illæ mobiles hanc tranſuerſam tetigerint vtrimque, deſignabunt dilatationem partis in illo loco, qui erit proprius huius tranſuerſæ, cuius partem mutari volueris. Ita grandeſcunt & minuuntur omnes partes ſupra & infra lineam. k.l. Horum etiam inuerſorum vſus eſſe poterit, tum ſcilicet & diuerſa & cõtraria omnia exiſtent, pro eo vt ſchema quoque huius deſcriptionis noſtræ expreſſum ſubiecimus, cui nomen fecimus Indici.



Schema indicis.


Sed vt redeamus ad peruersionem imaginis propositæ, ad quam & indicis cuius figura & ratio exposita est, vsus requiritur. Proponatur exempli causa Effigies virilis eidémque adiuncta muliebris quinto loco expositæ in libro secundo. Harum vtriusque linea altitudinis insigniatur punctis distinctionum suarum partium, Huiúsque notæ sunto.a.b.postea producatur ex puncto.b.normalis, cuius fini apponatur punctum.c. postremò obliqua linea.a.c.latera iungantur. Tum verò de omnibus punctis distinctionum lineæ principalis deduces lineas rectà in punctum.c.vbi omnes hæ concurrere debebunt. Itáque erit instrumentum perfectum ad peruersionem imaginum, supra infráve extollendarum aut astringendarum. Hoc placuit nomine peruertentis appellare. Nam per ipsum dependente linea mensurationes peruerti consueuere. Sed vsus erit talis.

Quærendum num verius sit sexto loco.

Sumatur alia linea altitudinis eáque sit.d.e.Hæc constituatur inferius cum puncto suo. e.in transuersam.b.c.punctúmque.e. remotum sit ab angulo. b. vna parte. 8. altitudinis effigiei faciendæ, supra autem debebit puncto suo.d.incumbere obliquæ. a.c. Ita cernes hanc nouam lineam & ipsam de nouo conuenienter distingui, per transuersas ductas ex punctis distinctæ altitudinis in linea principali, sed cum peruersione, partibus supra elatis, infra astrictis. Proponatur hæc igitur de nouo distincta linea, & transuersæ per singula puncta distinctionis trahantur densitatis & latitudinis principalis, & effingatur forma, & apparebit hæc, de qua loquimur, mutatio. Hoc instrumentum peruertentis infra bifariam figurauimus, priore quidem loco secundum monstratam rationem, posteriore verò inuersum. Nam si quis mutationẽ instituere velit contrariam expositæ, Is debebit & instrumẽto contrario priori posito vti, cætera autem omnia facere similiter, vt ostensa sunt. Subiecimus & exempla mutatæ imaginis virilis ac muliebris, sed neque suprà neque infrà ampliora angustioráve fecimus, quod quomodo fieri soleret, schema componentes Indicis docuimus, Et sequi vniuscuiúsque voluntati permittitur. Peruertente autẽ siquis appositæ & cum singulari diligentia vsus fuerit, In cuius scilicet ratione discriminum suprà expositorũ omnium significationes necessariæ ad occulta artis inueniuntur, Is in admirabilibus rebus successum non pœnitendum experietur. Sed in opere tam longè à verò additionibus & detractionibus, vt in exemplis factum est, discedere nemo debebit. Iam & has licet aliquis ita demutatas effigies de nouo & ipsas mensoria perticula dimetiatur, & fere vt suprà à nobis factum est describat: Corrigenda autem vbique deformitas quæ nimium abductis à veritate figuris extiterit. Hæc enim ad istum modum à nobis proposita non sunt, quasi aliter fieri non debeant, sed magis docendi causa vt essent omnia tantopere abhorrentia à verò, notabiliora, Omnino autem sentiẽdum totius huius doctrinæ vsum necessitatis commodo, non deprauationibus applicandum. Cauebis igitúrne vnquam illam pendulam lineam nouitatis, siue vt priore loco descripsimus, seu etiam inuersam, nimis longè remoueas ab angulo.b.Ne talis peruersio monstra pariat. Quantam autem vtilitatem rationis huius necessarius vsus afferre poterit, tantam immitet prauitatem operi curiositas superuacanea, cùm non curabitur. Ne quid sine causa nimis. Sciendum autem tam solere vsurpari hanc peruertentis rationem in partibus quàm in toto. Cæterum de talibus mutationibus humanæ imaginis, perspiciuntur & diuersitates naturæ roboris, imbecillitatis, celeritatis, tarditatis, alacritatis, pigritudinis. Quare quàm non ignorari hæc, à studiosis huius artis debeant, cui dubium erit? maximè cùm in immensum quantum latius pateant atque hoc loco explicatum fuerit.

Suprà.


Si quis fortè nouitatis causa vsurpare virilem peruersam imaginem cum sua parare voluerit, Is debebit superiùs elatis summum caput valdè deprimere, & monticulum pedis altiusculum, Sed inferiùs productis, tibiam & monticulum breuiorem facere, Et cum beneficio Variantis omnia congruè dispertiri. Nos tamen in exemplis omnia relinquimus, ità vt de hac ratione exierant.




Schema peruertentis.


Infrà.


Infrà.




Suprà.


Summum
Caput.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Sũmi humeri.
Ossa in hu.
Iuguli.
Alæ.
Mammæ.
Infra mã-mas.
Cinctus.
Vmbilicus
Summum femur.
Verenda.
Extremæ nates.
Fœminis sulcus.
Supra genu.
Medium genu.
Infra genu
Imum surę exterioris
Imum surę interioris
Mõticulus pedis.
Imum tali exterioris
Planta.


Summum
Caput.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Sũmi humeri.
Iugula.
Alæ.
Papulæ.
Infra mãmas.
Cinctus.
Vmbilicus
Summum femur.
σχίσμα.
Ima pubes
Extremæ nates.
Sulcus in fœminæ.
Supra genu.
Medium genu.
Infra genu
Imũ suræ. exterius.
Interius.
Mõspedis.
Sũmũ tali exterio.
Planta.


Summum.
Caput.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Sũmi hu-
meri.
Ossa in hu.
Iuguli.
Alæ.
Mammæ.
Infra mã-
mas.
Cinctus.
Vmbilicus
Summum
femur.
Verenda.
Extremæ
nates.
Sulcus in
femine.
Supra ge-
nu.
Medium
genu.
Infra genu
Imum suræ
exterioris
Imum suræ
interioris
Mõticulus
pedis.
Imum tali
exterioris.
Planta.


Summũ.
Caput.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Sũmi humeri.
Iuguli.
Alæ.
Papulæ.
Infra Mámas.
Cinctus.
Vmbilicus
Summum femur.
ὄσχσμα.
Ima pubes.
Extremæ nates.
Sulcus in femine.
Supra genu.
Medium genu.
Infra genu
Imum suræ exterioris
Imum suræ interioris
Mõticulus pedis.
Imũ exterioris tali.
Planta.

Superiùs demonstratis peruertendi humanas imagines rationibus etiam nunc vnam adiiciemus, qua propositæ imaginis altitudo varietur, Sed mutatio densitatis ac latitudinis ducetur rectè ex Deligente. Huius igitur peruersionis vbique esse vsus poterit, quæ est duplex, vna habet circuli segmētum in cuius mensurationes conuexo, altera in cuius cōcauo colliguntur. Qua vtraque in via quàm quisque longè voluerit progredietur. Qui autem perspexerit hanc doctrinam facilè vsum horum cognoscet. Hı́ncque etiam aperitur causa propter quam in cōuexo speculi regula erecta arcuata videatur, In medióque sui latiuscula, contractior in extremis flexuris circulo enim vt & aliæ res, obsequitur. Hæc intelligat qui conuenientibus picturis testudines & lacunaria insignire voluerit, necesse est. Etsi perspectiuæ hoc scientiæ nondum est, propè tamen accedit cum in speculo consideratur, Sed nos de mensurationibus per se verba facimus. Peruersio enim ista quam exponere instituimus mensuram recti ad conuexum aut concauum segmentum circuli complectitur. Cum verò quid de quoque hac ratione efficiatur cōtuebere, causa quoque statim apparebit, inque se opere ipso proferet. Hæc autem, quāuis mirifica in designatione & descriptione videātur, nō sunt tamen, nisi vsui accōmodentur. Necessaria tamen est talium cognitio artifici, qui ex multiplici sciētia deligat apta & cōuenientia proposito ac voluntati suæ, licet hæc & præstantiora fortasse etiam imperiti derideant, Sed huius nunc deinceps peruersionis ratio explicetur, qua si quis scite vsus fuerit, multa de principali aliqua meliora facere poterit. Dabitur ergo hac in parte quoque diligens opera, ne quid nimis. Quod autem nostra exempla secundum præscriptum doctrinæ expressa, quod nimium esset non fugerunt, non solùm propter chartæ paruitatem, sed etiam quo esset differentia mutationis euidentior factum est, In magno igitur opere qui vsurpare volet, modum seruet, Sed ad rem.


Principio proponatur linea altitudinis imaginis principalis distincta punctis suis hæc supra esto x. infra y. Secetúrque in medio puncto c. Ex quo linea transuersa ad angulos æquales protrahatur cuius extremum notetur litera 3. Postea claudatur triangulum ἰσοσκελὲς x.z. & y.z. cuius acies sit z. Mox protrahes lineas ex omnibus punctis lineæ rectæ x. y. punctum 3. versus quàm longè protractis fuerit opus. Deinde constitues παράλληλον post lineam x.y. versum punctum c. qua quidem longa vsus indiguerit, nam multò erit quàm prior illa, id est basis trianguli altior. Post hæc circuli pro ceriusculi vnum pedem figito in punctum z. & altero describæ arcum, qui radat punctum medium lineæ trianguli principalis altitudinis & lunetur ad παράλληλον quam post illam lineam x. y. trahi longè iussimus. Ad quam vbi se cornua huius arcus adiunxerint, ibi superius S. inferius t. notam apponito. Qua autem idem arcus secabit & quasi præcidet lineas ductas ex punctis altitudinis principalis versus punctum 3. Ex illis omnibus sectionis punctis duces lineas transuersas omnes παραλλήλους per lineā s.t. ita illa de nouo distinguetur ex linea principali, sed diuersæ. Nam & fit breuior, & habet circulum authorem distinctionis suæ. Ita omnia sursum deorsúmque à medio puncto magis decurtantur. His peractis appones omnibus nouæ distinctionis punctis suas quasdam notas, Primum superius ita. Summi puncti transuersæ a. proximi b. mox c. atque ita deinceps d.e.f.g. &c. vsque ad punctum medium. Inde verò ad imam vsque transuersam notis numerorum vtere. Ea igitur ima sit 1. & ab hac sursum 2. 3.4.5. &c. Hæc erit igitur de nouo distincta altitudinis linea a. 1. Quam duplicē propones vnam ad effigiem obliquam, alteram ad effigiem aduersam, sicut sæpè præcepimus fieri, Et ita per distinctionum omnium puncta suas transuersas protrahas. Sed inuentis altitudinis partibus restat exquirenda latitudo & densitas, quam constitues deligentis beneficio de

Indisertæ hoc est dictum.

illius mobili linea, cuius vtrimque vsum accipies, vt conuenientia superiora ac inferiora designari posint,ad hunc modum. Primùm producatur linea transuersa quæ finiatur notis.a.a.In hanc mediam demittes aliam perpendiculariter, hæc esto infra.b. supra. g. Tum deinde accommodabis vtrimque mobilem lineam.a.c.quibus ita vteris. Excipe ex præscripto peruertente mediæ lineæ quæ rectà,vt dictum est,tendit in punctum.z.longitudinem, quanta est illius maximę intra lineam rectam eductam contra punctum.z.& arcum. Hanc igitur longitudinem,vt dixi,maximam constitues rectam super transuersam.a.a.in perpendiculari.b.g.& in summitate illius applica vtrimque mobiles.a.c.vt cancellatim ibidem disparentur. Post hæc eximes omnes longitudines superioris partis linearum transuersarum intra arcum & rectam lineam,& notabis diligenter quibus quæque literis inscripta fuerit, Eásque institues rectas in transuersam Deligentis. a.a. sic vt omnes supra παράλληλος attingant impositam lineam.a.c.Ita fiet vt breues omnes tendant ad punctum Deligentis.a. quemadmodum in arcus linea proximè fuere puncto.S. Sed spacia intercedentia non manent eadem propter diuersitatem recti & curui. Vt autem præcepi in vnam partem Deligentis imponendas longitudines partium notatarum literis, quæ essent superiores, ita simili modo & inferiores in eiusdem alteram partem constitues,quas notari iussi numeris. Tum deinceps vnamquanque partium singularum principalis imaginis latitudinem impones rectam in mediam lineam, quæ in deligente erigitur notata literis.g. b. Sic vt infrà insistat transuersę.a.a.Tum lineam mobilem siue filum.a.c.admoue ad hanc vt suprà ipsam attingat, ita fiet vt ordine omnes aliarum partium latitudines ad hanc consequentiam definiantur, Et quancunque principalem latitudinem in hanc imposueris. Illius mensura in suo loco literis numerísve notato conueniens mutationi suæ reperietur, definita per memoratam impositionē in transuersam.a.a. & accommodationē lineę seu fili. a.c. Quæ ipsa quàm potui euidentissimè descripta subieci, Et ad hanc rationē binas viriles itémque muliebres imagines effinxi, quarum suprà esset in fine libri secundi commensuratio exposita. In brachiis tantummodo & pedibus hinc discessi secutus congruentiam formę, Nam peruersio hęc in summis & imis seductionem immodicam complectitur.


Hoc instrumentum peruertentis etiam cum inuerteris exibit de vsu imago in inferioribus & superioribus partibus productior,In mediis contractior, vt in superiori quoque visum.Hęc inuersio sic fiat. Resumatur linea distinctionis altitudinis, & propositę apponatur productionis.S.t.vt antè.Postea constitue & punctum.z. Et adiunge duas lineas.x.z.&. z.y.Mox producito lineas ex omnibus punctis distinctionis lineę. x.y.in punctum.z.Postea scribito & punctum.c.respondentem à sinistrà puncto. z. Tum longioris circini ita pedem vnum figito ante lineam.s.t.vt segmentum circuli describatur quod puncta.s.t. attingat,& arcuetur intra.x.y. & punctum. c. Quibus autem in locis cernes arcum transire lineas ductas in pnnctum.z. Ex illis ducentur lineę παράλληλοι, quę in linea ducta per ipsas post arcum versus.z.Nouam & de integro comparatam distinctionem explicabunt. Quibus perfectis latitudines & densitates beneficio Deligentis exquirendę sunt ratione superiùs demonstrata. Ad hanc peruersionem quisque imaginem qui volet effingat, nos instrumentum expresisse satis habuimus.


hema alterius
er uertentis.




Suprà.


Mensura virilis imaginis vltimo loco descriptæ in libro secundo.








S
Gracilis imago muliebris secundi libri.
X
Syncipu t.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Summæ scapulæ.
Summi humeri.
Iuguli.
Pectus.
Alæ.
Papulæ.
Infra mammas.
Cinctus.
Vmbilicus.
Coxa.
Initium pubis.
Ima pubes.
Extremæ nates.
Sulcus in femine.
Supra genu.
Mediũ genu.
Infra genu.
Imum suræ exterioris.
Imum suræ interioris.
Monticulus pedis.
Imum exterioris tali.
Planta.
Y
supra
Infra
t
Schema alterius peruertentis.
a
Infra
Supra
z

Mensura virilis imaginis vltimo loco descriptæ in libro secundo.




S
X
X
Sinciput.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Summæ scapulæ.
Summi humeri.
Iugula.
Pectus.
Alæ.
Mammæ.
Infra mammas.
Imus thorax.
Cinctus.
Vmbilicus.
Sinus coxæ.
Summum femur.
Verenda.
Extremæ nates.
Sulcus in femine.
Supra genu.
Medium genu.
Infra genu.
Imum surę exterius.
Interius.
Mons pedis.
Summum tali exterio.
Planta.
Y
T


S
X
Sinciput.
Vertex.
Frons.
Supercilia.
Nasus.
Mentum.
Summæ scapulæ.
Summi humeri.
Iuguli.
Pectus.
Alæ.
Papulæ.
Infra mammas.
Cinctus.
Vmbilicus.
Coxa.
Initiũ pubis.
Ima pubes.
Extremæ nates.
Sulcus in femine.
Supra genu.
Mediũ genu.
Infra genu.
Imum suræ exterioris.
Imum suræ interioris.
Monticulus pedis.
Imum exterioris tali.
Planta.
Y
T

Atque hæ quidem variationes ita se habent, vt exposuimus, quas etiam ipsas effectas, vel per Variantem vel Deligentem, Geminos, Indicem peruertentémve, conceditur vlterius etiam variare accommodanti, siue totis imaginibus, seu certis partibus illarum, quin & diuersarum imaginum commensurationes miscere quis poterit, qua ratione rectissimè hoc futurum iudicarit, dum quod sibi quódque aliis placiturum sit, exquirat. Sed euadent de huiusmodi mistionibus monstrosa, quare attentione erit opus, & magna cura forma in mensuratas partes altitudinis latitudinísque ac densitatis inducetur. Nam in extrema notatione altitudinis, itémque per finientes illam transuersas indices latitudinis ac densitatis, omnia certam descriptionem obtinent. Sed intra has procliues sunt lapsus, quatenus aut interiora iusto aut exteriora lineamenta exprimentur. Vnde partium consequitur indebita crassities aut attenuatio, distensio aut contractio, quæ à nobis breuitati studentibus penitus explanata descriptione nostra non sunt, sicut manu ductione demonstrari possent. Venit inter hæc igitur nobis in mentem, aliquot imperitos tentantes à nobis ostensam viam ingredi, & in opere aberrãtes, facturos vt nobis culpã ascribant, nostrámque doctrinam reprehẽsuros, Et omnino intelligo volentibus hanc nostram rationem vsurpare primum omnia difficilia visum iri. Verum his censeo faciendum vt tum viuum corpus ob oculos ponant quàm maximè conueniens ad institutæ effigiei commensurationem, atque ita contemplantes naturæ opus studeant artis ipsi suum ad veritatem exprimere, pro viribus & intelligentia sua, Laudantur enim imagines in quibus quasi vita agnoscitur, & similitudo in exemplari enitescit: præsertim si venustas quoque adsit, nam ita maximè apographa laudantur & magni fiunt vt merentur. Sed in illis discriminum appellationibus quæ sunt à nobis superiùs expositæ. Quisque versetur vt lubet. Nam & artem sequi quæ veritatem complectitur, asuescere poterit, & absque illa libertate quadam seducendi omnia vti, Qui labor intelligentibus ridiculus est, vt contra bene & diligenter facta, deo ipsi honori, vtilia hominibus, pérque se grata ac iucunda esse solent. Ille vero contemnendus labor prauitatis in arte culpandus & noxius, & odiosus tam in paruis quàm magnis operibus inuenitur. Quare cum cura & ratione perfici ea par est quæ in lucem quisque emittere cogitet. Videndúmque nequid naturali veritati vel detrahatur vel apponatur intolerabile. Inuenias etiam qui variationes ac mutationes suas ita astringant, vt ægerrimè illæ appareant, quod cum sensum subterfugiat, non minus quàm vbi excessu peccatur, improbandum videtur. Media igitur quæque optima sunt. Nos verò quod in exemplis tantas contrarietates exposuimus, Eo consilio fecimus, quo esset in paruis euidentia maior & illustrior, quod ipsum in grãdibus imitari velle non fuerit rectum. In iis enim illa rigiditas corrigenda & molliendi erunt ductus, vt feritas vitetur & artificiositas appareat. Quis autẽ differentias praue & absque arte designatas animaduertat? Cæterum nemo miratus sit tot & tam diuersa artifici perito in mentem venire posse, quibus elaborandis non vitæ ipsius spatium sufficiat, quásque cogat omittere breuitas illius. Sunt enim illa quæ incidunt innumerabilia, & animus artificum simulachris est refertus: quæ omnia incognita priùs cùm in humanis, tum aliarum rerum effictionibus, indies prolaturus sit. Si cui fortè multorum seculorum vita, & ingenium ac studium artis huius vsúsque diuinitùs contigerit. Diuino enim beneficio periti cùm huius, tum aliarum artium plurimum possunt. Sed cùm de diuersitatibus ac variationibus multum verborum fecerimus. Constat tamen & est in comperto, nullum opus nullámque omnino rem quam homines efficiant, inuariabilem similitudinem alterius operis aut rei obtinere, quin sua sponte discrepent, vt nemo viuat tam absolutus artifex, qui duo opera per omnia similia, & quæ discerni inter se nequeant, efficere posit. Nihil enim prorsus nostrarum rerum ad tantam similitudinem peruenerit, quantumuis annitamur. Quin hoc videmus si in typum eundem vnam chartam imprimamus, & mox alteram, aut in eandem argillam æs fundamus, quæ exeant in illis differentiæ notas inesse quibus discerni multis de causis posint. Quod si hoc vsu venit in hac certitudine, quid in aliis accidere putandum? Verum de tali differentia non loquimur in præsentia, sed intelligi aliquam volo, quam exprimendam aliquis sibi studiosè proposuerit, déque hac superiora omnia sunt accipienda. Quoties enim animo opus quis amplexus fuerit, subeunt statim simulachra differentiæ, non illius ineuitabilis & necessariæ, sed huius qua pulchra & turpia discernantur quam consequatur, de illis differentiæ vocabulis superiùs expositis. Perfecto autem opere sequitur contemplationem oculorum animi iudi-

cium,in quo sententiæ diuersorum ferè diuersæ sunt. Proinde in nostris tantum volo esse cuíque concessum,vt si ita visum sit,mutet nostra,& moueat omnia, de quo paulò pòst dissertius loquemur.Hoc modo caueatur ne opus ad nimis alienum ac innaturalem modum adducatur, nisi fortè propositum sit monstra, & quasi somniorum gentem effingere, vbi omnium rerum naturæ confundantur.Sed vt ad institutum veniamus.Constituatur principio effigies distincta per transuersas suas in spatia altitudinis. Illæ igitur transuersæ sunt certo numero à nobis comprǽhensæ, Sed conceditur cuique plures paucioréſve describere. Plures quidem facere exquisitioni & certitudini seruit, quod diligentis artificis fuerit. Pauciores verò qui fecerit laborem sanè molestiámque minuerit, sed ad eximiam certitudinem non poterit peruenire, Iam licet valde excercitati ne lineas quidem ducant, sed punctis in distinctionibus solummodo vtantur: si hoc ipsorum intellectui satisfuerit. Atque hæc vna est linearis mutatio nostræ rationis, altera similis est mouendarum linearum per totum corpus, demonstratæ à nobis in varietatibus facierum in capitibus. Eodem enim modo & illæ totius corporis transuersæ aut admouebuntur propius, aut longius dimouebuntur. Quorum illud effecerit breuiores partes, hoc elatiores idque totum differentiæ est breuitatis & longitudinis.

Non autem negligenda densitatis & latitudini differentia,quæ & ipsa cùm per,tum intra transuersas variat.Si enim transuersas longiores feceris,per illas igitur aucta exibit latitudo aduersorum corporum, & densitas obliquorum, sin feceris breuiores, erit vtráque imminuta. Idémque planè & intra illas partibus accidet vt maiores minoréſve fiant. Sed hoc loco iterum moneo,videas per omnia differentiæ vocabula,nequid nimis. His autem nostris præceptis si quis fortè contigerit ingeniosus, Lector ac vsurpator, admirabiles perfecerit mutationes & variationes figurarum. Atque ex illis hæc exeunt,Humeri lati,Astricta illa,& contracta femora,vel contrà. Aut breuiusculus truncus, crura longa, vel diuersa illa. Item recta corpora cum brachiis & cruribus vel distorta. Omnino per mensurationem natura hominum patescit. Quare inde formæ & deformitatis ratio petitur, vtque opus venustum aut inuenustum fiat. Debet igitur artifici priusquam admoueat tabulæ manum constitutum deliberatúmque esse quid effingere velit, vt cum fama quæratur opere,exquisitis optimis quibúsque & conuenientissimis ad illud absoluendum vtatur. Et si peritus excercitatúsque artifex in minimè subtili ac in exiguo quoque opere quid possit ingenium & ars magis ac melius probarit, quàm alius in grandi & subtili. Hæc inusitata nouáque aliis facilè ac soli intelligent potentes intellectu & manu artifices. Vnde fit vt ab aliquo diurno spatio de pennula in chartam coniiciantur, aut scalpello in surculo exprimantur, quæ laudabiliora melioráque sint, quàm alterius grande & annui laboris opus. Quod singulare sanè dei donum putandum.Sæpè enim contigit alicui ingenium & is successus operis,vt neque ipsius seculo,neque multis sequentibus similem habeat,quod intelligi potest de veterum monumentis, quorum etiamnum fragmenta eruuntur, In quibus tantum est artis,vt nihil nostrarum rerum illis comparari possit. Sed si quis quærat quæ sit ratio pulchritudinis in imaginibus, Dicent fortasse aliqui, quam iudicia hominum approbent, quod alij non concedent, neque mihi videtur, si hominibus imperitis iudicium permittatur.Sed peritiam quæ sufficiat quis definiet? In ea enim ego sum opinione,neminem viuere qui contemptissimi animantis summam perfectionem cogitatione animi sui possit complecti. Quò minus hoc facturum quenquam putarim in homine, quem deus singulari consilio & modo fabricatus, omnibus aliis animantibus dominari voluit. Hoc non negauerim ab vno quam alio elegantiorem imaginem animo sæpè concipi & exprimi manu, quod quare ita sit optimis rationibus demonstretur, sed non ideo ad maximam perfectionem peruentum fuerit qua melius fieri quicquam nequeat. Hæc enim ingenij humani viribus non compræhēditur. Diuina mens nouit,quæ sola humanam simili scientia instruere posset. Veritatis enim hæc est regula, quæ forma quæque mensura pulcherrima & conuenientissima sit, ad quam vnum quiddam non multa congruere necesse est. Sed quærentibus hominibus multa & diuersa incidūt,sectaríque cōtingit pulchra non vna via,deformia tamen vbique se magis offerūt. Atque in his nostris tantis erroribus,non inuenio quam demonstrare veri modi absolutámque pulchritudinē possim,cum nihil æquè cupiam quam ruditatem & deformitatem, nisi fortè consultò illa affectetur à nostrorum hominum operibus recidi, ipséque si quid possim adiumenti afferre studiosè facturus sim.

Sed nunc ad illud, de quo aiebam hominum iudicium reuertor, quibus quæ nunc imago maximè pulchra visa est, ei mox aliam anteponūt. Is autem artifex laudem meretur, qui singulorum iudicio probatam effigiem perficere poſsit, ad quod multum vſus & experiētiæ requiritur. Neque quicquam melius ad hoc contingere illi poſſet, quam habere animo comprehenſum veritatis modum, vt rectam & aptam propoſito ſuo menſuram intelligeret, quam vnam & ſimplicem eſſe oportet. Hác ſe ſi quis tenere profitetur, rem maximam præſtiterit ſi demonſtrauerit, Quod mihi in his tenebris & palpationibus noſtris vix poſſe fieri videtur. Quicquid tamen operis geometrica ratione explicatum confirmatúmque fuerit, id tantum habet certitudinis, vt reprehenſioni nihil loci relinquatur, neque enim illi contradici poteſt. Et talem artificem meritò vt diuinum, omnes venerabuntur, ſuntque illæ explicationes auditu perquam iucundæ, ſed opus ſpectatu multo iucundius eſt. Sed dixerit aliquis, quin igitur in hac optimorum à te inducta deſperatione ſtudium ſcientiæ ponimus? Inhumanum hoc, neque par fuerit propoſitis bonis maliſque, non meliora capeſſere, quamuis optima negata ſint, atque vt quid melius ſit in noſtra re, id eſt, effigie quapiam demonſtremus, faciendum ante omnia vt menſura omnium partium certa & conueniens exquiratur, qua conſtituta ordinè ſuo ac modo, ſigillatim partes tam minimæ quā maximę cum magna cura & diligentia perpoliantur, ſi fortè verè aliquid pulchritudinis reperire, & propius ad metam pertingere poſsimus. Cùm autem, vt dictum eſt, humanū corpus multis ex partibus collectum cōpoſitúmque ſit, quarum ſigulæ ſuum quendam rectitudis habent modum: Magnopere annitemur vt intelligamus quid illi ipſi modo contrarium ſit, quo melius vitare, & ad naturalem conſtitutionem quā proximè accedere cōcedatur, ad quam quaſi recta via omnibus viribus contendemus, vt opus arte decoreque cōſpicuum efficiamus. quæ omnia non mediocrem curam attentionémve vulgarem poſtulant. Primum enim .... aduertat aliquis mihi illam ſeparatam deſcriptionem faciei in capitibus ſuperius expoſitam, certè ſubtilitatem deprehendet mirabilem, curuarum, rectarúmque linearum & aliarum notationum, quæ de regulæ ductu non poſsint deſcribi. Neque oſcitantem perperfecturum intelliget illas frontis, genarum, naſi, oculorum, buccæ & menti rotundationes, ac quaſi globulos, aut lacunulas, vt ne quid minutarum particularū omittat, quod non ſimili cum maximarum cura tractet. Néue minorem diligentiam in ſingulis effingendis, quàm in vniuerſorum compoſitione & quaſi coagmentatione adhibeat. Sequitur collum, hoc quadrare ad caput debet, neque breuitate aut proceritate, craſsitiæ aut gracilitate deformari. Atque ita conſequenter videndum vt in pectoris, alui, tergi, natium, item crurum pedúmque, brachiorum & manuum lineamentis, omnia diligenter & articulate effingantur. Quæ cùm ipſa tum in his minutiſsima quæque omnibus ſuis numeris abſoluenda ſunt diligentia maxima, neque enim audiendi qui dicant ſe properātes non ſolere inſiſtere operi. Quod niſi in neceſsitate cùm res ipſa aut ſtudium petentium moram non fert, concedi non debet. Hoc autem ſi fortè acciderit, tum feſtinationi ignoſcendum, ſi tamen in hac ipſa vera ratio cuſtodita ſit, & artis cognitio eluceat. Itaque tota erit imaginis facies à vertice ad calcem conſentanea, cuiuſcunque illa modi ſit inſtituta, ſeu rigidi, ſiue leuis, carnoſi ſeu macilēti, ne hac in parte carnibus excreſcere, illa vero deficere videatur. Vt exempli cauſa, ſi brachijs tenuibus, crura tumeāt. Siue à fronte ſint omnia plena, à tergo vero minimè, aut contrà: partium enim volumus eſſe inter ſe cōſenſum, non temere prauéque illas coaceruari. Quę enim conuenientia, eadem & pulchra videri ſolent. Quare etiam ętatis forma tenebitur. Neque caput iuuenis, pectus decrepiti, manus pedéſque prouecta ętate hominis faciendum: Neque à fronte adoleſcens, à tergo ſenex exprimetur, aut contrà. Quæ enim naturæ non reſpondent, praua iudicantur. Proinde rectum fuerit in omnibus ætatibus conſtitutionibus & modis cuſtodire conueniētiam partium, in effigie iuuenis, decrepiti, prouecta ætate hominis macilenti, carnoſi, rigidi, mollis. Erit igitur adoleſcentiæ imago, nitida, ſucculenta, æquabilis. Senecta vero rugoſa, diſtorta, inæqualis, conſumpta carne. Ad hęc cum laude perficienda, expedit prius quàm elaborentur ductibus & lineis ad menſurationem omnia deſcribi, vt cognoſci poſsit, ſi quid forte rectitudini deſit. Hoc qui cum attentione & diligentia ſeruauerit, non illum facilè pœnitentia operis ſui inſequetur. Qua de re poſtulatur ab artifice delineationum exacta notitia, hæc enim ad artē momenti

plurimum habet: Quod si forte minime vera mensuratio designata fuerit, nihil citius est factu quàm corrumpi rem ab indocti alicuius delineationum manu grassante temere per altitudinem latitudinémque ac densitatem imaginis. At peritus harum bonam verámque mensuram nactus, rem etiam in exprimenda forma meliorem fecerit. Cæterum quo veritatem mensurationis aliquam adipisci, & quantum licuerit de illa in opera nostra pulchritudinem inducere possimus, nihil ego quidem conducibilius inuenio, quàm multorũ viua corpora ob oculos ponere æque formosorum iudicio omnium mensuram colligere partium. Omnino enim artis intelligens non exquisiuerit nihil conuenientiæ partium in magna hominum multitudine. Quis autem vnum aliquem ostenderit in quo ad vnguem (vt dicitur) omnia perfecta sint, ita vt nulla quicquam in parte requiratur? Sed hac quoque in parte memineris, ne naturæ modos confundas, sed vt omnia congruant, quod fieri debere paulo ante diximus. Vtere ad iuuenum imagines obseruatione iuuenilium corporum, similitérque senilium ad seniles. Idémque de prouecta ætate accipiendum, vt & ad macilentos, carnosos, rigidos, molles, robustos, imbecilles, similes in viuis naturas conferes. Non est dubium quin per singulas partes huic rationi studentibus oblatura sese plura etiam sint, quàm quæsiuerint, & elaborare valeant. Nam formositatem rerum vix vnquam ars exprimit. Non iam dico eximiam & perfectam, sed exploratam nobis, & tamen exuperantẽ vires ingenij, & effugientem gnauitatem manuum nostrarum.

Cum vero, vt diximus, diuersas ad imagines, diuersæ naturæ viuorũ corporum exquirendæ sint, offerunt se hominum duo etiam quasi genera diuersitatis. Nostrorum inquam qui albi, & Australium qui nigri à Græcis Aethiopes perhibentur. Horum facies inter se dissimiles sunt, neque Aethiopum corpora tam grata sunt aspectu, quàm nostra, propter in illis nasi tantam depressionem, & labrorum crassitiem, itémque manus, genua, tibiæ, pedes, nodositate deformes habentur. Sed ego vidi horum corpora alijs in omnibus partibus tantæ conuenientię, & quæ tanto studio naturæ perpolita essent, vt nihil perfectius fieri posse iudicarem. Verum & in suo genere multæ se diuersitates offerunt formarum, vtiles ad imaginis obseruationes, pro constitutionum varietate. Ita robustiorum grandia sunt in trunco omnia, & quasi Leonina. At imbecilles leuia hęc habẽt, neque torosi sunt, perinde vt illi. Minime igitur robusti imagini mollitudinis, neque imbecillioris, lineamenta rigiditatis accommodabuntur. Etsi autem macilentiæ ac carnositati interdum seruiendum, tamen huius rigiditatis & lenitudinis modus pro arbitrio cuiúsque conseruari poterit. Horum veritas in natura & vita patescit. Quibus insistens & oculos intendens, nequaquam inde ad tuas opiniones discesseris, quasi melius quid effecturus, scito enim futurum vt fallaris. Prorsus enim in natura demersa est ars, quam si extrahere potueris, iam adeptus: errores multos vitaueris in opere tuo, Cuius rectitudinem etiam magna exparte Geometricis rationibus demonstrare poteris. Sed si quo illæ non accesserint, hoc communi hominum iudicio & sententię relinquendum est, ita tamen, vt vsum plurimum posse sciamus. Nihil autem certius, quàm quo propius ad vitę similitudinem opus tuũ peruenerit, eo maiorem illud esse rectitudinis laudem inuenturum. Quare aberit à te opinionis falsitas, melius te facturum quicquam, quàm fabricato à se Deus operi suo largitus sit. Ad hæc enim comparati conatus tui sine viribus inuenientur, ex quibus colligi potest, neminem posse vnquam de proprio sensu & excogitatione formositatẽ exprimere. Sed necesse esse vt quod ex animo suo formositatis deprompserit, id totum ante in illum repositum fuerit, studio & sedula diligentíque imitatione. Quod proprium putandum non est. Sed acquisitum ac comparatum studio diligentiáque artificium quod cõsitum animo hos suos fructus protulerit. Atque hinc ille reconditus in mente thesaurus, & intus conceptæ species in opus producuntur, qua etiam de causa excercitatis artificibus opus non est semper habere viua animalia, & exempla ob oculos posita ad quæ imagines suas exprimant. Iam enim longo vsu ac studio tantum in animum illorum cõfluxit, vt hauriri inde quamuis multum possit. His sunt omnia in expedito, sed perpaucis tãta intelligentia contingit. Contrà autem sunt plurimi, quibus magna assiduitate prauitas elaboratur. Illi vero, quos aiebam, exercitati artifices, iam arte & meditando exculti, etiam ad nullum aspicientes exemplum prępclarum opus facile effecerint, etsi profectò reddit omnia respectus ad vitam &

naturam meliora. Verum indoctis ac imperitis talis successus desperãdus est, nihil est enim harum rerum fortuitum. Itaque inuenire est aliquem interdum, qui per se déque sola animi sui intelligentia, in nullum intuens oculis animale exemplum, prestantiores effingat tamen imagines, quàm alii quamuis sedulò & studiosè vitam & naturam coram contemplantes. Artis enim cognitio his deest. Laudem autem petenti cauendum est in primis ne qua deformitate opus implicetur, quã ob rem superuacua ab iis imaginibus, quas esse pulchras voluerit recidet, his enim illæ dedecorantur. Quod sic licet intelligas, cæcitas, debilitas, tabes, claudicatio, contorsio deformis est, propter defectionem naturalis vsus: sed non minus turpe fuerit ternis aliquem luminibus aut manibus pedibúsve totidem conspici, nõ ob defectionem, sed superfluitatẽ. Quo magis igitur huiusmodi vitaris, próque illis effinxeris necessaria, recta, conspicua, valentia, quæ omnibus grata sunt & probantur, eo maiorem laudem conciliaris operi tuo. Ipsum quidem pulchrum in natura absconditum, nostra iudicia fere turbat. Inuenire igitur est duos aliquos per ambos pulchros & venustos, quorum tamen neutri quicquam cum altero commune sit, neque mẽsuræ, nec constitutionis, neque tamen planum est vter pulchrior dici debeat. Eæ sunt tenebræ intellectus nostri, quis igitur pronuntiarit verum de formæ excellentia? Sed quamuis nobis non appareat, verisimile tamen est illorum peræquè formosorum vnum certarum partium perfectione alterum antecedere.

Ex his conficitur Ingenioso artifici cauendum ne quod vnum modo genus in picturis sequatur, sed pertinere ad illum, vt multiplicibus & diuersis modis excercitatus sit. Vnde hoc consequetur vt cuiuscunque constitutionis hominum imagines exprimere posſit. Vt sunt iracundorum mitiúmque aut aliorum quorumcúnque, quæ omnes in suo genere affabrefactæ probantur. Venit igitur aliquis, & petit imaginem hominis infidi ac Saturnini aut Martialis, vel magis veneream amabilem & blãdã, quid erit excercitato facilius, quam de suprà expositis præceptis inuenire cõuenientem & veram cuiusque illarum imaginum mensuram? inuentamque apta forma illustrare? Nam omnium ita naturæ effingi possunt, quę sint igneæ, aëreæ, terreæ, moderante scilicet opus artis potentia. Neque sane diu intuẽtibus manifesta est imperitis artificibus operis laus & decus, sed & primo se momento ostendit, & in sui amorem incredibilem adducit intelligentes. Qui his in rebus multũ versati sunt, iis perspicuum est quod dico, iidémque scientiam veri vsus tenent. Sciẽtia autem veritatem semper complectitur, cum opiniones sæpenumero ab illa aberrẽt. Quapropter nemo etiam sibi confidere nimiũ debet, ne hac re in opere seduci ipsum cõtingat. Ideóque fecerit studiosus huius artis precium operę, si multorum probatorum artificum opera crebro contemplatus & depingendo imitatus fuerit, déque illarum ratione artifices audierit disputantes. Non tamen quenquam existimare velim in quouis laudabili opere non obseruandos errores si qui forte insint, quos & cognosci & emendari rectum fuerit. Neque tibi quisquam persuadeat, vt animum ad vnum certum genus & modum imaginũ astringas, quas aliquem artificem cognoueris fere factitasse. Fert autem natura, vt opus fere tale sit, quale est iudicium animi & ratio. Sed ego te varia iubeo cõtemplari, & ex multis eligere optima. Opinionum enim falsitas nemini ferme nõ obstrepit. Et quis ausit dicere opus aliquod ita esse perfectum, vt nihil melius fieri queat: cùm nemo pronũciare posſit, quamuis formosum hominem viderit, non illo tamen formosiorẽ inueniri posse. Tutiſsimum autem iter ingredi optimum fuerit, siue de aliorũ doctrina, siue propria ad animale exemplum exquisitione. Sed magistros illos non probo, qui de arte cum verba sine fine facere consueuerint, ipsi suum opus laudabile nullum valent proferre, quales ego scio me vidisse nonnullos. Nam hos si fueris sequutus, in errorem laberis. Quod me etiam tacente clamat prauitas operum ipsorum: Separata enim hęc sunt, de opere multùm loqui, & illud facere. Non tamen ideo veto quenquam admittere instructiones quóque imperitorum, fieri enim posſit, vt rustici tibi demonstrent peccatum quodpiam operis tui, etsi qua ratione corrigas, docere te nequeunt.

Hoc loco monitos velim ignaros huius artis & discere de nostra doctrina aggressos, vt diligenter cognoscant quæ à nobis tradita sunt, primúmque pauca proponant discenda & efficienda sibi, quibus compræhensis tum demũ pergant ad alia. Debet enim scientia vna

cum vſu creſcere, vt manus voluntati & intelligentiæ ſeruiat, vnde tandem artis & vſus magna certitudo exiſtit, quæ duo & coniungi debent, & ſeparata nihil valent. Iam imperiti & vulgus vt maxime meliora à prauioribus diſcernere poſſe videntur: Tamen nemo eſt qui verè iudicare poſsit, niſi peritus artifex, qui & ipſe ſæpe laudem operibus ſuis conſequutus fuerit.

Sed dicent aliqui, tantùm ne igitur laboris ac operæ ponetur in his menſurationibus tantum impendetur temporis, vt ſingulatim omnes imagines ad hanc rationem exigantur: atqui paruo ſæpe tempore faciendæ plurimæ incidunt. Non hoc ne nos quidem præcipimus. Sed hoc doceo parandam ſtudio & diligentia quandam certitudinem quæ in his ſolum rationibus conſiſtit, atque illam a deptis, in manus quadam infallibili libertate, nemo exegerit omnium corporum aut rerum menſiones. Quin etiam de arte oculi inſtructi pro regula eſſe incipiunt, manus autem obſequioſa eſt arti, quæ confidentiam parit, & potentia ſua errores depellit, & falſitatem excludit operis. Tum & celeritas non deeſt, neque ſcientia plenus diu quæres quid facias, neque ductum punctúmve temere proieceris. Talia opera artis laudem merentur, quæ & amabilia, & libera, & minimè anxia, rectáque videantur. Talia probantur ab omnibus quod bonitatem diffuſam per omnes partes ſuas contineant. Sed imperiti & artis ignari nihil boni rectique vnquam elaborauerint, quamuis manus libertatem quæ maxima eſſe poſsit conſecuti fuerint, quin illa tum libertas carcer putandus, cùm ad errores deuinciat. Nihil igitur hoc poteſt abſque arte, neque hæc multùm ſine vſu effecerit, coniuncta ergo, vt diximus, hæc eſſe debent. Vnde manifeſtum fit cognoſcendam ſtudioſis harum rerum, menſurationum rationem, qua perſpectæ admirabiles ſucceſſus conſequuntur. Neque enim humanam effigiem regulæ aut circini vno ductu deſignaris, quare ſingulatim punctis per partes ſuas, vt oſtendimus, deſcribi neceſſe eſt. Nihil autem quod menſurationis rectitudine caret probari poterit.

Video accidere poſſe, vt hæc noſtra præcepta aliqui in grandibus imaginibus ſecuti aberrent imperitia quidem ipſi ſua, ſed in me culpa tranſlata, quaſi de illis parua quidem rectè perficiantur, ſed grandia non item. Sed hoc fieri non poteſt. Nam ſi parua laudas, cur reprehenderis grandia? Si enim illa improba ſunt, facilè conceſſero grandia reiicienda, hæc enim diſsimilitudinem illam bonitatis & prauitatis non admittunt. Vt circulus non minus exiguus rotunditatem ſuam tuetur quàm ingens, & quadratum ſimiliter breuibus & prolixis lineis rectè clauditur. Congrunt enim proportionum rationes in magnis non ſecus ac paruis, velut in cantibus quam enim octauam vocant, vnius cuiuſdam toni eſt, ſiue vox tinnula ſeu obſcurior fuerit.

Poſtremò ſciendum demonſtratas imagines etiam inſuper ac multipliciter quidem variari poſſe, ſed ita vt menſuratio prorſus eadem, & imperturbata relinquatur.

Finis Libri Tertij.


ALBERTI DVRERI LIBER QVARTVS PICTVRÆ DE FLEXIONIBVS & gestu descriptarum Imaginum.

DEMONSTRATIS superioribus tribus libris aliquot rationibus effingendi imagines ad certos & debitos, easdémque variandi ad diuersos modos, Superest vt indicetur etiam via flectendi illas pro cuiuscúnque voluntate, & vertendi in iuncturis artuum, ínque nexibus membrorum, sic quidem vt natura ferre videatur. Quis autem vsus quæúe pulchritudo inesset illis rectis & regentibus formis, sicut doctrina nostra superiorum librorum designatæ fuerunt? Cæterum quamuis scitū membrum aliquod corporis præstánsve sit, tamen deformi gestu dehonestari, & ignobilius cōtemptiúsque eleganti quasi compositione commēdari solet. Iam membrorum tractatus, quàm admirabiliter à natura in se coagmentata & innexa illa sint, nō est huius operis neque propositi nostri. Eúmque relinquens anatomicis istis, nusquam nisi forte necessitate coactus attingam. Sciendum igitur sic quemadmodū docuimus factas imagines, quæ quidem obliquæ sint, flecti solere in spina tota à ceruice vsque ad coxam, per & intra omnes transuersè ductas lineas. Ita tamen vt magis pronas quā supinas efficias. Hęc flexio vniuersa designari debet in vltima parte 4. densitatis versus tergum, per & intra omnes, vt diximus transuersas, præterquam vbi coxendicum flexura est in summi femoris media linea. Ipsum in sua linea genu, pes iuxta tali lineam, & si vsus fuerit in medio sui. Digiti per articulos suos flectentur. Brachiū flectes in humero, cubiti nexu, iunctura manus: digitos autem in suis quósque articulis siue nodis. Sed imago aduersa vtrúmque in latus flecti consueuit à collo per totam spinam dorsi, quæ vt facilius animaduerterentur, flexionū notas in rectis imaginibus, suis vbique locis apposuimus figura paruulorum triangulorū aut orbiculorum. Quia vero simplex flexionū ratio non est, quo disertius omnia explicari possent. Differentias illarum aliquot proponendas duximus, de quibus pro intelligentia nostra totam hanc doctrinam exponeremus. Est etiam magna cum cura animaduertendus ipse status, & facies imaginis quam velimus esse, siue seueram seu blandam, quarū illa horridior & asperior, hæc amabilior & suauior esse debebit. Sed flexionis differentiarum hæc fere nomina sunt.

Inflexum.	Directum.
Curuatum.	Contortum.
Versum.	Dimotum.
Implexum.	

Secundum has differentias quas sex nominibus appellauimus corpus humanum flectitur, plurésque ac pauciores simul pro motu suo. De quibus quæ fuerit sententia animi mei lineis in sequentibus declarabo.


Primùm igitur sciendum me sensisse, Inflexum aliquid dici ad talem modum. Esto linea recta. a. b. ínque illa notentur duo puncta. c. d. in quibus si inflexeris de rectitudine sua lineam in quamlibet partem, sic tamē, vt intra puncta designata particulæ non curuentur, sed ipsis quasi articulis punctorum fiat inflexio, Inflexum te fecisse de nostra intelligentia scias.




Secundò curuari aliquid accipiendum, quod rectitudinem suam prorsus amiserit quocúnque modo, latè enim patet. Vt esto linea.a.b.circuli segmentum, aut suprà ac infrà, aut suprà, in medio, & infra, proque omnino vnius cuiusque arbitrio.




Tertiò versum dicimus tale. Esto linea. a. b. &. c. d. quarum vna imponatur in alteram, vt ambæ vna esse linea videantur. Postea notetur in medio illarum punctum.e.& in illo cohærentes vertantur, sic vti suprà atque infrà diuaricentur.




Quartò Implexũ dico, vt.a.b.c.d. Implexas descripsimus quasi terebellatim.



Quintò, Directum & contortum hoc voco, cùm linea vel explicatur & erigitur, vel quasi complicatur & corripitur, vt fiat aut longior aut breuior, quod aliter quam duabus lineis vna longiore, breuiore altera, ostẽdere non potui.



Sextò, Dimoueri intelleximus, cùm duæ lineæ in se impositæ, vt vna videretur, ita separatæ essent, vt neutra contingeret alteram. Quod ipsum diuersi modi est, Nam in paralelis in omnes partes & vna obliqua & in curuis accidere, & separatio pro cuiúsque arbitrio institui potest. Huius rei exemplum apposuimus, in designatis lineis. a. b. & c. d.



Sed hæc vt in lineis demonstrantur, ita memineris & in superficie, quam planam & in mollibus corporibus quæ insuper lata densaque intelligimus, accidere. Talia enim similiter vt lineæ, quas & ipsas complectuntur, inflecti, curuari, verti, implecti, dirigi, contorqueri, dimouerique solent. In humano autem corpore quomodo sigillatim vsurpentur nunc deinceps docebo.

Primum quod inflexum nominauimus, Est in corpore artuum, id est, iuncturarum. In illis enim membra inflectuntur, quæ tamen retineant rectitudinem suã, ossa si flectere velis, frangas. Quare demonstrauimus hoc de lineis mutilis quæ certis in punctis cohærerent & essent rectarum particularum.

Secundò curuantur in, humano corpore nerui & carnes. Nam cum in latus, aut prorsus retróue corpus flectitur, Nerui etiam & caro curuantur, vt alibi cauula, conuexula alibi appareat.

Tertiò de membris versionem nominauimus, vt cùm caput vertitur, similiter & brachia & pedes, & truncus ipse, atque adeò pleraque omnia membra in corpore.

Quartò implexionem scies in neruis etiam & carne accidere in corporis versione, cum mollia implexa in corpore fiunt, vt in collo, trunco, brachio, pede.

Quintò notabis directionem & contorsionem in humano corpore persæpe vsurpari, quarum illa extenuat, hæc inspissat. Cuius rei tale detur exemplum. Si brachium extenderis, vt directum sit. Nimirum intenduntur & nerui, & carnem in longitudinem extenuant, sed si idem contraxeris, vt contortum sit, cõtorquetur etiam & comprimitur caro ad spissitudinem, idque vsu venit & aliis in partibus.

Sextò dicimus in corpore vnam partem ab altera dimoueri, cùm quasi separatæ discedere videntur in latus, aut prorsus, retrorsúsve. Itémque in curuationibus & inflexionibus carnes dimouentur, & quasi à sese recedunt foras, intro, aut in latus.

Cæterum sex istæ differentiæ possunt & semel omnes in corporis motu accidere, sic vti membra, inflecti, verti, & separari dicanur. Interea caro & mollia in corpore curuantur, implectuntur, contorquentur, partésque à se mutuò naturaliter vrgeri cernuntur.


Ex his igitur quæ demõstrata sunt, suas quísque imagines, in quo voluerit, & vt res poscet, gestu constituere poterit. Sed cauendum ne à naturali constitutione discedatur. Quibuscúnque autem rebus vis affertur, illas deformari necesse est. Vitabitur etiam hoc loco nimium & parum. Quibus aut furiosa aut somnolenta imago reddatur (quod est culpandum) nisi in proposito forte faciendi ad hunc vel illum modum imaginem. Intelligendum autem horum omnium vsum esse in humanis & virilibus ac muliebribus, similiter & bestiarum, vt equorum & aliarum animantum imaginibus.

Sciendum etiam suprà descriptas imaginum staturas, non retinere in flexionibus omnium partium, neque æquabilem mensuram latitudinis & densitatis: nam in motu apparet vni parti quasi decedere aliquid spacij & accedere alteri, ita consequitur in opere mutatio, quæ vt rectius perficiantur, elaborandum est studiosis harum rerum in multis exemplis, quæ ad viuorum corporum similitudinem exprimant. Ita enim facilè deprehendent omnium partium modum, qui notissimus esse debet, ne in opere erretur.

Præterea adexquirendas flexionum effictiones, vna est maximè sculptoribus vtilis via


de multis, si in designationibus præcipuæ partes imaginis intra transuersas lineas, quadratis angularibúsve figuris includantur. Hæc fiunt aptè in delineationibus & prima operis istitutione. Eodem autem modo, & capitis spacium compræhendi solet, & colli, & particulatim totus truncus, vsque in cinctum, inde ad summum vsque femur, & hinc vsque ad genu, & consequenter tibiæ & calces: Idem & de brachiis intelligendum. Nam angularibus figuris aptissimè declarari poterũt omnia omnibus in corporis partibus lineatim pũctatímque, vt singulorum situs de paralelis lineis erectis & transuersis intelligantur. Sed illæ omnes quadratæ aut rectangulæ fieri nequeunt, súntque lateribus ac angulis ad subiectas partes corporis adaptandæ, vt intelligentiæ veræ adiumento esse possint.


Verum vt præcepta flixionum exequar, faciam pro mea consuetudine, vt exemplis explicẽ. Proponatur igitur effigies virilis primo libro ac loco descripta, seorsúmque primum caput. Quodquidem rectum ad perpendiculum in latus vertatur. Illam suprà expositam depressam faciem constitues, ita vt te spectet, sed quasi circum agendo in angulum propemodum collocabis, non tamen ita vt planè angulo insistat, quo facto cum cernas angulos notatos suis numerorũ notis, 1.2.3.4. ex iis singulis sursum lineas παραλλήλους duces quàm altis illis vsus egere videbitur. Atque ita descriptio latitudinis existet quadrilateri in quod versa facies includatur. Postea subiicies erectis istis lineis vnam longam transuersam notatam pũctis. x. y. In quã impones faciem aduersam suprà dextramuersus, & beneficio transferentis deducito transuersas omnes aduersæ faciei per illas quatuor erectas, vt docuimus tineas. Habebísque iam in hac noui quadrilateri distinctione designata omnia loca, frontis, superciliorum, oculorum, nasi, aurium, buccæ & menti. Postea educito ex omnibus angulis depressæ faciei suas singularum partium lineas & ipsas παραλλήλους sursum per transuersas iam inductas. Ita designabuntur & his, nasus, oculi, bucca, mentum, aures, frons, collum, capitis rotunditas, siue cranium. Apparebitque in quibus & intra quas singulæ partes exprimendæ sint, quarum & expresione forma conueniens versæ faciei, & quasi respicientis inducetur. At hæc ratio, vt error deuitetur, singularem poscit diligentiam. Nos ad certius omnia demonstranda ipsius descriptionis exemplum subiecimus.



Eodem modo quo principalem faciem vertimus vt quasi respiceret, ita nunc deinceps ostendam rationem qua reclinata vertice, & mento elato ita constituatur illa vt quasi suspiciat. Ea esto talis. Obliquæ faciei quadratum instructum de superiorum scriptorum doctrina, constitues in posterioris lateris inferiorem angulum, in lineam transuersam longiusculam. x. y. angulum autem inferiorem prioris lateris, vbi mentum inest, eriges. Postea lineam transuersam & ipsam longiusculam παραλλήλως ad lineam. x. y. impones suprà vt eminentem angulum quadrati attingat, ea sit. η. β. Huic deinceps adiicies aduersam faciem suspicientem hoc modo. Intra transuersas illas duas longiusculas designabis totius faciei aduersæ latitudinis spacium lineis perpendicularibus duabus. a. b. Et intra has etiam distribues reliquas lineas suis notis, vt in principali sunt positæ, nempe. c. d. e. f. g. h. i. k. quibus ipsis latitudinis partes designentur. Tum deinde beneficio Transferentis deducito ex obliqua facie omnes lineas transuersas in quadrilaterum iuxta positam aduersæ faciei, summi capitis, frontis, superciliorum, nasi, aurium, buccæ, menti, colli, aliorúmque quibus opus fuerit. Ita cancelli isti facilè ostendent quas quibus locis partes suspicientis faciei imponere debeas, sed tuæ diligentiæ fuerit in formæ expressione, quæ in quem locum cadant infallibiliter animaduertere. Cæterum vt hac ratione quasi suspiciens facies ita & despiciens effingetur: si ita feceris quasi despicientem, quadratum obliquæ faciei, quæ quò meliùs declararentur, vtrámque faciem suspiciẽtem ac despiciẽtem effictam ad nostram doctrinam subiecimus.

In vtáque etiam facie licebit vsurpare versionem, id est, facere quasi in hoc gestu respicientes, quod ipsum illas mutare, & in opere mirabile videtur. Huic quidem in vtrámque partem rationi depressiones seruient, quæ fuerint harum facierum, suspicientis inquam & despicientis. In tali variatione depressionum, dictu mirum quantum artis compræhendatur, quantáque omnium certitudo appareat. Neque putandum his in faciebus solummodo locum esse, cum possint ad totum etiam corpus accomodari. Vt enim faciem docuimus deprimi, ita si res postulauerit, totius corporis depressionem faciemus. Sed hoc priusquam aggrediamur imaginis gestus constituetur, flexúsque omnes pro voluntate cuiúsque componentur, atque ita singulis è locis & partibus ad depressionem, demittentur perpendiculariter lineæ.





Vt autem rectiùs intelligi posit doctrina nostra flexionum,& quales exeāt de his imagines,proponam nunc deinceps principalem imaginem virilem longam spaciorum capitis sui septem,flectendam iis in locis in quibus flecti conueniens fuerit. Sumatur igitur descripta facies despiciens obliqua,& imponatur in aduersæ effigiei truncum , apparebitque respiciens sinistrum latus suum , sed faciem despicientem aduersam impones in obliquæ imaginis truncum,bifariam enim præparata principalis effigies esse debebit. Post hæc flectes supra lumbos in latus sinistrum,& apparebit elatior humerus dexter sinistro. Insuper flectes per spinam dorsi in aliquibus quidem transuersis,ne in vna recta linea corpus inclinandum sit: Et sinistrum brachium diriges, sic vt protendi videatur. Infra lumbos coxam inflectes paululum in sinistrum latus.Et pedem sinistrum respondentem ad caput figes , vt illi insistere videatur. Dextrum autem diriges vt in dextrum latus paulisper protendatur. Ipsamque tibiam infra genu reflectes quasi retrahēs, vt hac parte digitis insistere videatur.

Ad hunc modum delineata imagine aduersa,tum deinceps accommodatur,& obliqua traductis beneficio transferentis omnibus transuersis,quibus omnium partium loca clare demonstrantur,secundum quæ de nouo forma conueniens exprimi debebit


Similem rationem sequeris in flexione muliebris imaginis accommodatæ superiori virili,sed nos contrarium gestum exposuimus in exemplo,hoc est suspicientis faciei, quæ tamen & ipsa in sinistrum latus spectet,vt illa viri. Cuius quidem corpus vt in idem latus flecti iussimus,ita præcipimus hoc muliebre flecti in diuersum , hoc est dextrum, conseruato tamen muliebris constitutionis modo,quo facto in traducendis lineis , decurres ad transferentis opem,faciésque,vt faciendum,in virili imagine ostendimus. Horum exempla articulate infrà expresimus,quorum quisque contemplatione instrui posit.Sed intelligendum non ad hanc tantum vsus rationem hæc pertinere, sed viam etiam monstrare ad alia atque adeò diuersa faciendi,vt cuíque libuerit.Pręterea sciendum,flexas singulas partes in transuersis lineis,pro rei cōuenientia verti quóque insuper posse.Vt verbi causa. Si humerus virilis sinister deflexus sit coxam versus,conuertere etiam eundem & quasi versare retro: Dextrumque velut promouere poteris , ipsa illa corporis parte tanquam se vna mouente & subsequente gestum.Ita vbique facias , & copiosius quam pro scriptura hac vsurpes omnia licebit.

Sed iam percursa ratione flexionis aduersæ imaginis in vtrúmque latus, proponam deinceps modum flectendi prorsus & retrorsus in obliqua imagine, quæ primum constitui debebit. Vt autem suprà principali effigie sum vsus descripta primo libro ac loco: Ita nunc sumatur flectenda eodem libro sed loco vltimo descripta effigies virilis ac muliebris, cuius altitudo conficeretur ipsius capitum spaciis decem. Hæc contrarietas magnam euidentiam habebit, in comparatione breuitatis & densitatis, & altitudinis ac gracilitatis vtriúsque maximæ.


Principio hanc effigiem principalem facies quasi insistere pedi dextro, sed leuum retrahes quò cum ipso vnà etiam nates sequentur, genu autem incuruato retrahetur & tibia, vt hac in parte digitis insistere videatur. Post hæc in linea vmbilici ordiere spinam dorsi flectere retro nonnihil incuruans, supráque iuxta iugula producens curuaturam vltra rectam lineam designatricem altitudinis, vt hæc ipsa flexio segmentum circuli planè obtineat. Tum collum bene incuruabis, vt caput demittatur & facies sit despicientis, vt autem status æquabilis & quasi libratus maneat, fit directione sinistri pedis, & brachij dextri retrorsum.

Virilis imaginis flexuram alicubi variabis in effigie sua muliebri, ad hunc modum, E cinctu retro inflectes per totam spinā vsque ad ceruicem, & brachium dextrum retrorsum diriges. Postea è cinctu usque ad summum femur nates retro flectentur. In coxa dextra ita flectes, vt femur genúque dextrum prætereant lineam fixam altitudinis. Sed infra genu tibiam retrahes. Ita corpus libraueris, sinistro pede vt digitis insistere videatur. Deinde cum tranferente traduces transuersas omnes lineas quibus altitudinum initia & fines notatæ sunt, ex aduersa imagine in obliquam. Et latitudinem ac densitatem prædescriptam accommodabis, & coxas vertes in dextrum paululum latus, habebísque hanc de nouo imaginem in gestu designatam, quam inductione formæ perficies, sicut me fecisse videbis, hæc iterum moneo in exemplis proponi à me vt generalem doctrinam, ne quis putet ad hunc vnum se modum à me alligari. Flexiones enim imaginum pro suo arbitrio quisque vsurpare, & sedentes ac cubantes, inque omnibus aptis viuo corpori gestibus exprimere poterit, omnibus modis ac generibus. Itémque vt ostendi quasdam flectiones in duabus propositis imaginibus: vna breuitatis & crassitudinis, altera longitudinis & gracilitatis, ita licebit facere in omnibus aliis imaginibus, quarum commensurationes in superioribus libris à nobis sunt demonstratæ.


Imago virilis rustica, cuius altitudo continet septem capitis sui spacia.




Hoc loco lineæ rectæ designatrices partium omissæ sunt.




Imago muliebris rustica, cuius altitudo continet septem capitis sui spacia





Hoc loco lineæ rectæ designatrices partium omissæ sunt.







Hoc loco rectæ lineæ designatrices partium omissæ sunt.








Sequentes imagines ferè easdem flexuras quas illæ priores acceperunt.















In ſequentibus recipiam in manus rationem curuandi imagines: Itemque dimotionis, verſionis, implexionis, directionis & contorſionis, oſtenſurus aliquem vſum horum, vt in flexionibus & verſionibus ſuprà fecimus. Hæc declarabo duobus corporibus, ita enim rectiſsimè intellectum iri confido, ea erunt quadrata impoſitúmque vni alteri. Meminerint autem lectores hac in parte aliud eſſe ſuperficiem, aliud corpus. Nunc igitur conſideretur, ſi intelligas hæc corpora mollia eſſe, quomodo quaſi diduci, dirigi, contorquerìue, & ad alios memoratos modos effingi queant. Horum demonſtratio eſto talis.

Statuantur alicuius membri loco duo quadrata corpora, vtriúſque autem ſuperficiem contiguam alterius notabis ſuis quibuſdam punctis, vt diſcrimen illarum conſtet. Vt verbi cauſſa, angulos ſuperficiei inferioris corporis ſuperioris notato literis quatuor, a, b, c, d. Et angulos ſuperioris ſuperficiei corporis inferioris numeris quatuor, 1, 2, 3, 4, medius autem in his ambobus punctus ponatur, o. In qno ſemper iuncta illa ſint & ex quo nunquam excedant, in omnibus tractationibus ſuis. Poſt hæc ſubiicies his quadratum quod ſit quaſi fundamentum, & illa depreſsio figuræ de qua ſæpe diximus, cuius & ipſius angulos notabis literis & numeris, ſicut ratio exigit deductarum rectarum linearum transferentis beneficio, ita vnus angulus ſortietur notas, a, 1. b, 2. Itemque tertius, c, 3. & quartus, d, 4. Quæ omnia ſubiecimus lineis notiſque ſuis expreſſa.


Sit nunc propoſitum ſuperius in latus vertere, qua verſione omnes illius anguli dimoueantur ab angulis ſubiecti quadrati, igitur in fundamenti ſeu depreſsionis quadrato hoc fiat. Vt angulus, a, ab angulo. 1. & b, ab 2. c, ab 3. d. ab 4. diſcedere videantur. Ex quibus dimotis angulis ſi ſurſum beneficio transferentis lineas erigas, apparebit ſtatim ſuperioris quadrati corporis verſio, quemadmodum & ipſum hoc iuxta ipſa inſiſtentia ſibi corpora & ſubiectum fundamentum, clare effinximus.


Verſionis huic rationi locus fuerit in omnibus tranſuerſis deſignatricibus partium humani corporis lineis, ad exprimendos naturales quoſque geſtus, déque hac ipſa ducta eſt deſcriptio ſuperioris verſæ faciei.




Sed ita verſo ſuperiore quadrato vt anguli dimoti fuerint, debebit ſtudioſus harum rerum etiam inclinationem experiri, vt latera obliquentur, & mox in fundamento ſubiecto depreſsionem quoque tentare. Vt autem omnes anguli in hac depreſsione notabiles ſint, apponantur ſuperioris etiam quadrati ſuperiori ſuperficiei literæ quædam. Illæ ſunto, e, f, g, h, cùm fuerint inferioris, a, b, c, d. Quæ ſi rite perfeceris, exibit figura omnium talis, qualis eſt à nobis ſubiecta, explicata in fundamento rectis lineis variatione, quæ perduci beneficio transferentis conſueuerunt.

Deinde verſo ſuperiore quadrato vt oſtendimus bifariam & in latus inclinato, tentetur tertia quædam ratio proclinationis in aduerſum ſuperioris quadrati. Punctus autem, o, quem medium fecimus debebit ſemper immobilis remanere, niſi forte aliquis neceſſarius vſus commouerit. Ita vertetur quadratum illud ínque latus ac prorſum ſimul flectetur, vnde cùm fundamenti depreſsio beneficio transferētis exierit, tum talis erit figura qualem infrà poſitum exemplum continet.









Sicut autem de ſuperiore doctrina noſtra, impoſitis in ſe duabus quadratis, ratio verſionis flexioniſque aduerſum retrorſumue, & in latus, intelligi potuit, ita ſciendum & inferioris quadrati tractationem vſurpandam, vtque vnum altero fixo moueri, ita & moueri vtrúmque licebit, pro eo atque vſus & res tulerit. Sed hęc cum deſcripſerit aliquis, tum mirabilis videtur quaſi diſcurſus laterum, angulorum, ſuperficierum, in ipſis ſtantibus & depreſsis corporibus, vt videre licet. Nam alicubi corpora ſibi quaſi inſinuantur, alicubi diduci & explicari videntur. Quæ cum in mollibus accidunt, directiones & contorſiones è contrario animaduertuntur. Vnde fit, vt quę vni parti demantur, attribuantur alteri, vt quę deceſsiſſe putes, expleantur.

Præterea non eſt ignorandum, ſimilem rationem quam flexionis & verſionis demonſtrauimus in rectis lineis iniri etiam poſſe in molli corpore cum lineis, lateribus ac ſuperficiebus pro voluntate cuiuſque curuatis. Quorum declarandorum gratia, ſubiiciam ſuperiorum flexionum & verſionum aliquibus in lateribus & ſuperficiebus curuationes. Ne quid intelligentię cuiuſquam obſtare poſsit.



Sed his etiam intellectis differentiis flexurę vt verſionis aliorúmque motuum demonſtratis in quadratis illis corporibus: adhuc tamen reſtat implexio, cuius cognitio non eſt negligenda. Implexio autem accidit lineis lateralibus ab angulo in angulum ductis, cum quibus vnà etiam ſuperficiem ſimul implecti contingit. Quæ ratio non eſt diuerſa ab illa ſuprà indicata curuationum, niſi quod implexio lineas commiſcet, cùm illæ quaſi terebellatim (vt dictum eſt) ducantur. Implexionis autem eſt cuique libera vſurpatio, qua efficitur vt nihil priorem ſuam figuram retinere videatur. Itidem & depreſsis iis quæ implexa fuere, aliud lōge à priore fundamentum apparet, quemadmodum in noſtris ſubiectis effictionibus cernere licet. Accidit autem hoc neceſſario, vt mutatio figuræ depreſsione vertenda eſſe, vnde figura erigatur, quæ autem flectantur in figura eſſe flectenda, vnde in depreſsionem demittantur.

Quod autem duobus quadratis corporibus ſim in harum rerum demonſtrationibus vſus, nemo arbitratus ſit non etiam aliis has figuris accidere. Poſcunt enim hæ non quadrata ſemper, ſed interdum elata prolongáue, id eſt, altera quauis parte longiora, necnon multorum laterum & polygona, pro exigentia partis & formæ deſignandæ, quo ipſo fit vt neque latera neque ſuperficies neque anguli æqualitatem aut rectitudinem retineant, neque quicquam omnium ſibi in aliquo corpore ſimile appareat. Hæc ſi quis tractanda in manus cœperit intelliget non fruſtra hanc mētionem à me habitam eſſe. Cæterum eadem planè eſt ratio mutatæ quocunque modo figuræ flectendæ ac verſandæ, cum ea quam de quadratis corporibus expoſuimus. Totum autem humanum corpus poterit aliquis hæc





ſequens in angularem figuram includere, ſed in qua ſumma ſit inæqualitas. Idémque vſus fuerit aliis plurimis rebus. Omnes enim naturales res in ſuo ſtatu deſignatas poteris iuxta tranſuerſas ſignificatrices partium ſeu membrorum vertere ac flectere in latus aut prorſum retrorſúmue. Et loca quadratis vel angularibus figuris deſignare, geſtúmque effingere imaginis pro arbitrio tuo, ſtantis, ſedentis, cubantis. Ita in propoſita imagine licet partes omnes deſignes quadratis aut angularibus figuris, & poſtmodo de tuo arbitrio exquiras flexus & verſiones. Ita inuenientur illæ differentiæ ſuprà memoratæ dirigendi, contorquendi, curuationis, implexionis: vnde operis ratio & via aperiatur, qua nihil vtilius ad certitudinem iudicari poſſit ſtudioſis artificij marmora aut lingua ſcalpendi.

Hinc enim deprehenduntur in quaque ſuperficie angulari, ea quæ reſecari debeāt, ne plus minúſue relinquatur. Sed his non occupātur periti & exercitati artifices, niſi in grandibus & ſingularibus operibus. Soléntque in deſcripta imagine flexus punctis notare, atque ita mox variatam mutatámque formam de nouo effingere. His de rebus non me fugit quam difficile ſit ſcriptis doctrinam complecti, quodque lectoris ac diſcipuli tædium eſſe poſſit, in hac crebritate punctorum & notarum, & verboſitate repetitionum. Verum compendia multa ſunt quæ in his ſequentes minus fatigentur, & facilè ad finem pertingant, abſque quo foret. Difficultas huius artificij inſuperabilis eſſe videatur. Qui ſe igitur multum vſu & experientia harum rerum exercere voluerit, quotidie inueniet aliquid expeditius & facilius. Cui operæ nihil optabilius fuerit bono magiſtro, quæ enim abſque interprete diſcenda ſunt, multipliciter maiorem laborem fatigationémque parere ſolent.


Horum quæ diximus in imagine virili exemplum ſubiecimus effictum, ea imago erit illa ſuprà in ſecūdo deſcripta cuius altitudo eſſet quidem ipſius capitis ſpaciorum nouem, ſed facto capite elatiuſculo, non conſtiterit eadem menſura nouenum capitum. Huius igitur imaginis formam obliquam aduerſámque incluſimus vndique quadratis & angularibus figuris, quæ ipſæ quidem & elatiores & humiliores de tranſuerſis diſtinctricibus ipſarum exeunt, fiúntque inæqualia propter formam partium quibusaccommodantur. Huius imaginis etiam altitudinem nouem ſectionibus diuiſimus in decem figuras angulares. Sectionum autem hęc ſunt nomina. Tranſuerſa linea menti, Scapularum, Iugulorum, Mammarum, Cinctus, Coxarum, Summi femoris, Genu, Imi tali ſub tibia. Sed maioris claritatis gratia, imaginis primum formam vndique incluſam quadrangularibus figuris linearum expoſuimus obliquam & aduerſam, ſtantem & erectam abſque flexu, protēſo brachio dextro, ſiniſtro dependente. Sed in parte altera cartæ canes tātum quadrangulares linearum figuras inſiſtentes ſibi, omiſſa formę effictione. Poſtea hæc ipſa quadrangula impoſita in ſe, & includentia imaginem, aſpicies infrà in fundamento depreſſa, beneficio tranferentis, ita vt ſeparatim de capite factum ſuprà vidiſti. Poſtea ſeorſim ſectionum illarum ſingulas rotundationes conſentaneas quadrangulis ſuis deſcripſimus, quod exquirendum eſt & in aduerſa & obliqua effigie. Atque ex hoc apparet quid in ſingulis ſectionibus quadrangulę ſuperficiei decedere debeat. Hoc loco aduertendum, cumquadrangularis ſuperficies in eadem ſectione vna eſt ſuperioris corporis altera inferioris quæ in ſe impoſita ſint, tunc inelligi etiam vtriúſque vnam & eandem circunductionem. Quadrangula etiam ſectionum


ſeorſum expoſita cancellatim lineis diſtinximus, vt ſi quid verſum flexúmue fuerit, debitè de his informari poſsit. Alicubi enim contingit quadrangula prolongari, vt comprimantur alicubi Rhombos effici, tum igitur ſecundum hæc partium formam debitè rotundare oportebit, cùm autem quadrangula Rhombi fiunt conſequenter & cancellatim lineæ ductæ ſecundum eam figuram cadunt. Cùm autem aliquid quod amplum eſſet, anguſtum factum fuerit: vtere adminiculo Variantis, cuius in priore libro Schema expreſsimus. Poſtea has ſectiones vniuerſas depreſſas in fundamento quaſi coaceruauimus, omiſsis quadrangulis, vt perſpici poſſet qualis eſſet illarum in ſe incidentia, & quatenus vna alteram excederet.






Poſt hæc libet exquirere quę ſit diuerſitas aſpectus iſtarum ſectionum cum non magis recta in ſuis quadrangularibus ſuperficiebus inſtiterint ſibi, ſed fuerint motione quaſi impulſæ. Quorum declarandorum gratia proponatur exemplum: quadrangulæ ſectionis quæ acciderit intra mammas & cinctum. Hoc ipſum ſolidum quadrangulum imponatur primum obliquæ formæ rectam in tranſuerſam lineam, & angulos ſuprà (vbi de mammis reſectum ſit) notabis literis in priore parte, a, b, in poſteriore, c, d. Sed vbi reſectum ſit de cinctu, notabis frontem. 1. 2. tergum. 3. 4. Hinc ſubiicies fundamentum ſuum ſeu depreſsionem, notatam & ipſam ſimiliter literarum & numerorum eiſdem notis. Vt omnia ſibi mutuo reſpondeant. Deinde obliquæ formæ rectè impoſitum in tranſuerſam quadrangulum, flectetur per notas ſpinæ prorſum. Subiicietúrque & eidem depreſsio ſua, notabuntúrque anguli quique ſuis literis ſuíſque numeris. Ita proclinatum hoc corpus acceperit nouam depreſsionem. Tum deinde hæc depreſsio in priore parte vbi pectus ſit, vertetur prorſus in aduerſum & bene in rectum latus ſubter memoratam lineam tranſuerſam. Quo facto ex omnibus notis literarum ac numerorum educentur lineæ ſurſum vltra tranſuerſam. Mox per has, vt diximus, erectas lineas ex literis ac numeris ſuis, traduces tranſuerſas ex obliquæ formæ quadrangulo impoſito in tranſuerſam, vt initio dictum eſt, ídque Transferentis beneficio efficietur. Notentur autem quęque literæ ac numeri, & omnia euidenter conſtabunt, atque ita laterum lineæ deſcribantur, apparebítque illa in latus verſio. Eritque iam hæc pars flexa prorſus, & verſa in latus. Tum poſtea ipſa hęc ita flexa & verſa pars, in dextrum latus ſuper tranſuerſa flectetur per ſpinæ notas, atque omnibus ex angulorum literis & numeris, huius rectæ partis & flexæ prorſus, itémque verſæ & flexæ in latus deduces perpendiculares, perque illas tranſuerſas ex omnibus literis ac numeris depreſsionis verſę duces Transferentis beneficio, vbique cernentur ſeſe in literis ac numeris ſuis ſcindere, illis in locis laterales circunduces lineas, & congruentia omnia reperientur. Intra autem has cancellos diſtribues linearum de obliquæ & aduerſæ formæ ſectionum nouatis quadrãgulis, pro latitudine & denſitate ſuperiore & inferiore, ídque fiet beneficio Vatiãtis. Poſtremò formę effictionem per cancellos inſcribes in erecta ſimul ac depreſſa parte, qualis inſcribi debebit, & vt nos feciſſe cernes. Quemadmodum autem docui hanc partem tractari poſſe. Ita de omnibus licet faciat aliquis. neceſſe autem fuerit hæc habere præparata, ad imagines in geſtu ſuo poſito corripiendas, & cùm aſpectui quaſi ſubtrahere quis ac ſuffurari voluerit.


Caput.
Mentum.
Scapulæ.
Iuguli.
Mammæ.
Cinctus.
Coxa.
Femur.
Genu.
Imum tali.
Planta.


1
2
3
4
5
6
7
8
9
10

Huius variationis vſus pertinet ad ſectioné mammarum in obliquo.

Huius variationis vſus fuerit ad ſectionem mammarum in aduerſo.



Huius variationis vſus pertinet ad ſectionem cinctus in obliquo.

Huius variationis vſus fuerit ad ſectionem cinctus in aduerſo.

Sed nunc oſtenſa hac ratione exemplo maiuſculæ partis propoſitæ de humana effigie, nempe eius quæ eſſet intra mammas & cinctum, ex quo per omnes partes inſiſtentes ſibi quid fieri deberet intelligi poſſet, cum de recta linea ſtatus variaretur. Exequar eandem nunc deinceps rationem in flexionibus omnium ordine partium incluſarum quadrangulis ſuis. Quarum ſtatum & ponemus pro arbitrio noſtro & variabimus, relinquentes vnicuique libertatem faciendi vt ipſe voluerit. Et ad hæc quidem ſi quid antè ipſis aptum aut vtile forte expoſitum ſit, etiam nunc reſumemus. Cæterum, vt antè quoque monuimus, diligentia hac in parte opus eſt, cum omnium partium in ſuis quadrangulis commotarum alia ſit quàm dudum forma in deſcriptionibus, & ſtantium & depreſſarum, primum autem flecti pars aliqua ſolet prorſum aut retrorſum. Deinde in latus verti, mox etiam flecti in latus, quæ omnia ex hac ratione conuenienter deduci conſueuere. Quod autem in ſequentibus aliquid prius dictorum repetitum inuenietur, ſciendum neceſsitate factum, vt ſequens doctrina cum antegreſſa congrueret. Aliquantiſper etiam cogitaui illo eſſe vnico

exemplo contentus, sed veritus sum vt ex illo parum intelligerentur reliqua. Proponam autem principio imaginis initialem partem, id est, quadrangulum capitis, cuius tractationi erunt similes aliarum quoque partium tractationes. Notantur autem primum superiores anguli quatuor literis, a, b, c, d. Inferiores autem numeris 1.2.3.4. Ita vt a, ad 1. b, ad 2. c, ad 3. d, ad 4. respondeat. Postmodo spectans obliquam faciem, promotam illam à linea altitudinis imaginis flecto prorsum vt despiciat, æquè hoc depresio efficienda, vnde cognoscatur quàm longa superiora inferioribus prominentiora sint. Hæc notantur litera A, postea obuerto contra me depresionem, vt aduersa facies fiat & aspiciens, vertóque à fronte nonnihil in latus dextrum. Atque ita erigo lineas ex omnibus punctis literarum & numerorum. Deinde ex literis & numeris iuxta positæ obliquæ faciei despicientis A, beneficio Transferentis lineas protraho transuersas per illas erectas. Vbi igitur sectiones à literis & numeris coinciderint, ibi anguli designantur suprà literarum infrà numerorum. Cum autem suis notas lateribus coniunxi, tum apparet aduersa facies, de obliqua illa flexa prorsus, & versa in latus, cum ipsa erecta tum etiam depressa. Hæcque ipsa notantur litera B, sed insuper etiam cognoscendum qualis hæc ipsa pars B, in effictionibus obliquata erecta depressáque appareat. Nam scitu opus est qualem quicque in effictione in obliquo & in aduerso formam sortiatur. Iam igitur hæc pars B, in aduerso prorsus flexa & in latus versa deinceps ita obliquabitur. Depresionem obuersam contra me vt aspiciens fieret, sicut dixi, hanc reuertes æquabiliter vt obliqua fiat, Móxque eriges ex huius depresionis literis ac numeris lineas ex Transferente, vbique iuxta erit aduersa flexa versáque facies, ibi traduces ex omnibus punctis numerorum & literarum trāsuersas cum Trāsferente per illas erectas ex depresione lineas. Atque ita vbi cernes sese lineas transcurrere, ibi impones notas literarum ac numerorum & latera iunges. Ita habebis depressam & erectam formam huius partis, cui addes notam literæ C. Ex his deinceps inuenienda est hæc eadem pars flexa prorsus, versa in latus, quomodo etiam in latus flectatur, cuius rationis aliquid suprà attigimus, sed nunc ita facies. Erectam partem B, flectes in latus dextrum, iam ante versam in idem latus, & cùm reliqueris illi subiectam depresionem suam, ita postmodum illam conuenientem huic flexuræ efficies. Variari enim oportet vt superiores anguli a, b, c, d, quasi cadant in latus dextrum, inferiora autem latera 1.2.& 3.4. coarctentur quemadmodum & superiora a, b, & c, d. Id hoc pacto fiet. De Transferēte duces ex angulorum superiorum literis a, b, c, d, perpendiculares in depresionem, & apparebit statim abscisio ac productio linearum a, b, & c, d, declarantur enim lineis literarum demisis superne in depresionem. Similiter & demittuntur lineæ ex punctis numerorum. Quibus & ipsis ostenditur quanto arctiora fiant latera 1.2.& 3.4. in hac depresione quàm dudum fuerant. Atque ita cernes qualis in depresione flexura & quasi reiectio existat ab erecta parte. Húcque appones notam literæ D. Quod ipsum, opus fuerit perspectū habere, quale in obliquo videatur. Id sic consequere: huius partis D, depresionem constitues oblique, sicut suprà de parte C, dictum est. Quo facto eriges ex omnibus punctis literarum ac numerorum lineas beneficio Transferentis, postea ex parte notata litera D. Traduces transuersas per erectas, & quibus in locis scindi lineas videris illis appones suas numerorum literarúmque notas, inductisque lateribus habebis formam huius partis obliquam, cui apponatur nota literæ E, atque ita demum absoluta habebis huius partis obliqua & aduersa quorum in opere vsus erit.


Posthæc propone quadrangulum colli, tractatóque similiter & ad illum capitis modum. Sed paulominus prorsum flectes, paulóque vertes minus in latus, minúsque in ipsum flectes. Ipsius etiam angulos literis a, b, c, d, & numeris 1.2.3.4. insignies. Atque ita apparebunt formæ partium erectarum & depressarum, maximè in posteriore ratione notæ D, & E, quorum sit in opere vsus. Hæc ipsa custodies & in aliis sequentibus partibus imaginis, sed inferiores quasque minus flectes ac vertes, vt in omnibus ordo & consequentia seruetur. Atque hinc apparebit corporis implexio in latus conuersi inclinatióque ea quæ prorsus quæque in latus fit.


Cum autem ita progrediendo perueneris ad partem quæ notatur sectione mammę & cinctus, relinques illam rectè stantem, sed conuertes paulululum in latus dextrum, & quibus opus fuerit ea exprimes. Triplici autem expresione tantum opus est: Obliqua propter primam depresionem quæ vertenda est, & erigenda, & † tertia in qua versio obliquatur. Et has depresiones notabis literis C, D, E, neque ordiere ab A, vt semper D, E, copulen-

† forte secunda,


tur. Hoc etiam ſcies ſi depreſsionem aduerſam vertere velis, nunquam futurum vt deci-
piaris, ſi primum incluſeris eam partem quam verſurus ſis rectangulo quadrilatero, atque
ita incluſam partem vna cum quadrilatero verteris. Aut ſi exquiſiueris verſionem iuxta
lineam rectam perpendiculariter, animaduertens anguli ne obtuſi an acuti partis illius ad
lineam exeant, obliquis autem vtere, vt oſtenſum eſt ad tranſuerſas rectas lineas. Vltimũ
erit corpus quadrangulum intra ſectionem cinctus & vmbilici, quod in ſectione vmbilici
promouebis ſeu flectes prorſus, & ſubiicies illi depreſsionem ſuam quæ quia eſt poſterior
ſignabis litera E. Aduerſam autem partem notabis litera D. Bifariam autem ſolummo-
do hæc pars exprimitur, quia ſemel tãtum flectitur, & in aduerſa quidem cum educta fue-
rit erectis è depreſsione ſua lineis, & inductis per transferentem tranſuerſis omnia planè
rectéque apparebunt.

Hæc quadrangulata pertinent ad caput.







Hæc sunt colli.




Hæc debentur summis Scapulis.




Hæc ſunt ſuperioris Thoracis.






Hæc vero inferioris.



Hæc sub Cinctum applicentur.



Hanc nostram doctrinam si quis vsurpandam in manus susceperit, primum imagines particulatim vt recta commensuratione explicet & apta statura effingat, tum flectat conuenienter, & suas illis depresiones subiiciat, erigátque inde perspectiuæ artis inseruiens rationibus, atque de his laudabile probandúmque opus efficere studuerit: Is facile sentiet quid fructus sibi vtilitatisque hinc sperandum sit, neque dubium mihi est quin ipse hæc secutus cum plura tum etiam meliora sit exquisiturus. Neque me fugit hæc multis in locis difficilia, intellectu vsuque visum iri, sed his facile studium diligentiáque succurret. Obscuritas enim scriptorũ asiduitate lectionis & cura, vinci semper solet. Atque hoc loco finire placuit his de rebus doctrinam meam, quod si Deus fauorẽ aspirarit conatibus meis, alias picturæ plurésque rationes scriptis meis postmodo explicabo, ne nostrates pictores manuum tantum vsu, sed veris etiam præceptis artis valere videantur, qua re neque Deo gloriosius neque gratius nostris hominibus quicquam, vt arbitror, facere posim.

FINIS.

ELEGIA BILIBALDI PIRCKEYMHERI in obitum Alberti Dureri.

Qui mihi tam multis fueras iunctißimus annis
Alberte, atque meæ maxima pars animæ.
Quo cum sermones poteram conferre suaues
Tutus, & in fidum spargere verba sinum.
Qur subito infelix mœrentem linquis amicum.
Et celeri properas non rediture pede
Non caput optatum licuit, non tangere dextram,
Vltima nec tristi dicere verba vale.
Sed vix tradideras languentia membra grabato,
Quum mors accelerans te subito arripuit.
Heu spes fallaces, & mens ignara malorum,
Quam lapsu celeri cuncta repente cadunt.
Omnia Durero dederat fortuna secunda
Ingenium, formam, cum probitate fidem
Omnia sed rursus celeri mors abstulit ausu,
Tollere sed laudes improba non valuit.
Virtus námque manet Dureri, atque inclita fama,
Splendebunt donec sydera clara polo.
I decus, i nostræ non vltima gloria gentis,
Ductore & CHRISTO *regna superna pete.*
Illic non vano gaudebis semper honore,
Pro meritis fœlix præmia digna ferens.
Donec nos fragiles erramus mortis in vmbra,
Et miseri cymba labimur instabili,
At nos præseruans aderit quum gratia CHRISTI,
Hoc duce fœlices ingrediemur iter.
Interea mœsti lachrymas fundemus amico,
Nil quibus afflictis dulcius esse potest.
Accedéntque preces, summum placare tonantem
Quæ posint, quicquam si pia vota valent.
Et ne quid tumulo desit, spargemus odores
Narcissum, violas, lilia, serta, rosas,
Fœlix interea somno requiesce beato
Dormit enim in CHRISTO, *vir bonus haud moritur.*

EPITAPHIVM EIVSDEM.

Albertus postquam pingendo ornauerat orbem,
Artéque tam lepida cuncta repleta forent.
Nunc restat cœlum, dixit, pingatur vt altum,
Mox terram linquens sydera clara petit.

ALIVD.

Ingenium, probitas, candor, prudentia, virtus,
Ars, pietásque fides, hic tumulata iacent.

ALIVD AB EODEM.

Per lachrymas posset si vita Alberte, reuerti
Non corpus vili hoc contegeretur humo.
Sed quia non lachrymis, nec flendo fata mouentur
Mœrendo tantum soluimus inferias.

EPITAPHIA IN ALBERTVM Durerum, Eobani Heßi.

Quo situs Albertus tumulo Durerus, eodem
Picturæ ratio tota sepulta iacet.

ALIVD.

Artis & ingenij laudem si fata morentur,
Certum est Durerum non potuisse mori.
Ergo sub hoc nondum totus iacet ille sepulcro,
Ingenij famam viuus ad astra tulit.

ALIVD.

Quid properas subsiste parum lecture viator,
Hic sita Dureri molliter ossa cubant.
Est operæ precium talem spectare ruinam
Cum qua picturæ concidit omnis honor.

ALIVD.

Quid vitam coluisse iuuat quascunque per artes
Quando ea momento mors rapit atra breui,
Par fuit Alberto Pictorum nemo, sed illum
Fata diu summum non potuere pati.
Præscidit ergo viri vitam mors falce maligna
Et dixit moriens sic quoque non morieris.

ALBERTO DVRERI NOBILIS.
Pictori & Geometræ in Norico. Q. V.
An. LVII. Ioach. Camer. F.

Filum Alberte tibi, cum neret parca supremum
Et plenum vitæ conglomeraret opus.
Sic pro te fertur rerum natura locuta,
Vlteriora petens tempora pauca tibi.
Parcite fatales euoluere pensa sorores
Ducitur ex ista gloria nostra colo.
Vnus quas rerum viuas ego procreo formas,
Hic similes veris fingere doctus homo est.
Quid quod nostræ huius vires superantur ab arte
Et natura parens quod nequit iste potest?
Hoc ego continuata feror, neque diuidor, inque
Veris hiems medio ver hiemisque manet.
Hic vt spectentur viuos facit inter humati
Hoc antiqua videt sæcula posteritas.
Hic ferat vt tellus omnis passim omnia quæ sunt,
Quæq; futura putant quæq; fuere facit.
Talia, cum vellet concedere parca roganti,
Abstulerat crinem Persephonea sacrum.

ἰωαχείμου.

οἷς ποτ' ἀπελλαῖαι χεῖρες θαυμάστ' ἐδόκησαν
ἠβαιὸν ζῶντας ταῦτ' ἐθέλοιμι βλέπειν,
ὅσσ' ἀπὸ δυρήρου τέχνης μνημεῖα λίποντο
ζωγράφου ἔργ' ἀγαθοῦ ξυγγραφέως τε καλοῦ,
οὔτ' ἄρ τοῦθ' ὁρόωντες, ἀπελλῆς οὐ μόνον ἡμῖν
ἀλλὰ καὶ ἀρείοις τοῦδ' οὔτιν, εἶπον, ἔην.

F I N I S.

ERRATA.

Folio 7. pagina 1. columna 2. versu 3. fatuere, lege facere. Fol. 8 pag. 1. colum. 1. versu 41. addensebis, lege addensabis. Fol. 13. pag. 1. col. 2. versu 40. acito, lege facito. Fol. 91. pag. 2. versu 2. parare, lege pare. Fol. 94. pag. 2. versu 25. 27. & 34. lege z, pro 3. Fol. 95. pag. 1. versu 6. maximæ, lege maxima. & versu eodem, z, legendum puto c. Fol. 96. in schemate peruertentis. pro Mensura longæ ex gracilis, lege Mensura longæ & gracilis.